

57.  
Q. B. V.

Var. B.

EXERCITIUM ACADEMICUM,

# WIRMOENSIS

In FINLANDIA TERRITORII

## MEMORABILIA

continens,

Cujus PARTEM PRIOREM

Suffragio ampliss. Fac. Phil. s. in Regia Academia Aboensi,

Sub moderamine

VIRI CL.

Dn. ALGOTHI A. SCARIN,

Histor, & Philol. Civ. Profess. Reg. & Ordin.

Ad diem VIII. Martii MDCCXXXVIII.

*Publicæ disquisitioni submittit*

ALUMNUS REGIUS

GREGORIUS A. HALLENIUS

Boreæ Fennio.



---

ABOÆ, Excid. JOH. KIÆMPE, Reg. Acad. Typ.

S:æ R:æ

Maximæ Fi-

Perillustri atque generosissimo Baroni ac Domino

# D<sup>N</sup>. PETRO PHILIP. OERNSTEDT,

Militie Equestris Svetbica GENERALI MAJORI, nec  
non pratoriana legionis desultorum equitum CHILIAR-  
CHÆ gravissimo.

Reverendissimo patri ac Domino,

# D<sup>N</sup>. D A N I E L I JUSLENIO,

S. S. Theologiæ DOCTORI celeberrimo, diœcelesios  
Borgoensis EPISCOPO eminentissimo, Regii Gymnasii  
Scholarumque EPHORO gravissimo,

Mæcenatibus Maximis,

N<sup>A</sup>tale solum, MÆCENATES, neglectum hæc tenui spissisque  
verò tanti sit species & gratia forma illius; tanti memorabi-  
ant, res est, qua Wirmåam ipsam, meam verò præsertim in su-  
buic ejusque aris focisq; præpositi sitio, ut squalentia & tenebris  
ris sub signo renasei, VESTRIS potius, quam peregrinis auspiciis  
sans, quin VESTRA adspirante leniter favoris atque judicii au-  
spectu cogitationeque, bonus, sine voluptate, quisquam agrè frui  
verè beatos POSMET ipsa præ-  
Illustriss, & Reverendiss.

Cultor

Gregorius A.

M:is  
dei VIRIS,

*Reverendissimo Patri ac Domino;*

D<sub>N.</sub> J O N Æ  
FAHLENIO,

S.S Theologiæ DOCTORI celeberrimo, dioceſeos  
Aboënsis EPISCOPO eminentissimo, Regiæ ibidem  
Academiæ PRO CANCELLARIO magnificentissimo,  
Consistorii ecclesiastici PRÆSIDI gravissimo.

*Nobilissimo ac generosissimo Domino,*

D<sub>N.</sub> CAROLO,  
LILIENSTIerna,

Per Careliam, Savolaxiam, & Neolandiam, JUDICI  
PROVINCIALI æquissimo:

& benignissimis.

avi tenebris immersum lucem publicam adspicere desiderat. Utrum  
ha gentis, ut ad splendida limina VESTRA aditum moliri que-  
spresso diu tenuit verecundiam. Interim cum plagae sub arcto  
circumfusa VESTRÆ lucis fulgore collustretis: VESTRI fide-  
publico se committere, opera precium iudicavit. nullatenus dubi-  
râ, aliis neque ingratia penitus sit lectio eorum rerum, querunt  
possit. Vivere, MÆCENATES, in terris diu fôspites: Et demum  
sicut ÆTERNITAS!

Nomin. Vestr.

Et cliens humillimus

Hallenius

Nobilissimo Viro,

Dn. ADAMO WILHELMO TANDEFELT,  
Legionis pedestris Capitaneo celebratissimo, ut ante  
per sexennium nutritio liberalissimo, ita jam Pa-  
tronio benignissimo, pio animi affectu suspiciendo.

Plur. reverendo atq; præclarissimo Viro,

Dn. Mag. SAMUELI HORNAEO,  
Scholæ trivialis, quæ ulœ est, RECTORI meritissimo,  
ut olim Preceptorι fidelissimo, ita jam Promotori pio  
zelo colendo.

Plurimum reverendo atq; doctissimo Viro,

Dn. ANDREÆ FORSELIO,  
PASTORI in Christina Savolariæ apprime merito, Fau-  
tori multis nominibus suspiciendo.

Perquam reverendo atq; doctissimo Viro,

Dn. JACOBO LEISTENIO,  
Sacellano in Mietois meritissimo, Fautori optimo,

H<sup>u</sup>ne qualemque ingenii mei fænum, rudi licet calamo  
longe plurima in me collocata, VOBIS, Patroni &

Nobiliss. admod. & plurimum

Cultor ob-

Greg. A.

*Admodum reverendo atque preclarissimo Viro,*  
**Dn. Mag. LAURENTIO SACKLINIO,**  
Ecclesiarum in Wirmā & Mietois *PASTORI* meritissi-  
mo, & vicini districtus *PRÆPOSITO* vigilantissimo, ut  
*Patrono* optimo, ita ætatem quoqve devenerando.

*Plurim. reverendo atque preclarissimo Viro,*  
**Dn. Mag. HENRICO ALANO,**  
*PASTORI* Ecclesiarum in Wehma & Localay dignissi-  
mo, Evergetæ iugi pietate colendo.

*Plurimum reverendo arg. doctissimo Viro,*  
**Dn. NICOLAO HEDEEN ,**  
Desultorii equitatus primarii *Pastori* laudatissimo, *Fau-*  
*tori* certissimo, jugiter amando, colendo,

*Perquam reverendo atque doctissime Viro ,*  
**Dn. GUSTAVO PACCHALENIO,**  
Sacellano in Wirmā laudatissimo, Fautori optimo,

*conceptum, in grati animi & observantie pignus, ob beneficia*  
*Fautores optimi, devote & sincere offerre volui atque debui*

*Rev. Nom: Vestrorum*

*servantissimus*

*Hallenius.*

Crono Besalningsmannen öfver  
Wirmå Hårad /  
Ahreborne och wählbetrodde  
Herr ANDREAS MONSEEN,

Crono Besalningsman öfver  
Maså Hårad /  
Ahreborne och wählbetrodde  
Herr HENRICH STÅDM /

Håradsskrifware öfver  
Wirmå Hårad /  
Ahreborne och wählbetrodde  
Herr GREGORIUS HAARTMAN ,  
Mina Högtårade.

Hår gamla - nya Wirmå nu  
At hålla på en Pallas wå/  
Hwad Wirmå är och wa-  
Det fortligt hvar' kan finna  
Och som för mina GYR-  
Så wil jag detta ringa  
Och be / det tages gun-  
Ehr stådje lefwa uti frid

Mina Högtårade

Hdmuka och  
Greg. A,

Crono Beslalingsman öfwer  
Hvittis Hårad /  
Åhreborne och wålbetrodde  
Herr JOHAN FORS,

Crono Beslalingsman öfwer  
Vitis Hårad /  
Åhreborne och wålbetrodde  
Herr JACOB HEDMAN,

Handelsmannen i Åbo Stad /  
Åhreborne och Högwälachrad  
Herr GUSTAV RUNGEEN,

och benågne Gynnare /

ur' mörckret tråder fram  
Som hafver lust at wetta /  
rit har ; samt hur' des Barn må hetta /  
'gen i detta pappers fram.

NARE jag städje wördar Ehr /  
wärck til wördnads prof frambåra  
stigt op ; Gud låte til sin åhra /  
samt tålja åhren fler. !

Wålgynnares

hörlamste tienare

Hallenius.

Carissime Frater,

**P**Erlustras patriam, perstringis praepete penna,  
Pauperie pressus, pristinae praetoria.  
Propterea que precor PATRIOTAS pectore prono,  
Pauperie presso praemia pulcra parent.

MATTHIAS HALLENIUS.

**In Nomine JESU.**  
**CAPUT I.**

**§. I.**

**B**OREALIS FENNINGIA, licet numero territoriorum atque parochiarum adeo non frequens sit, multitudine incolarum, annonæ copia, regionis opportunitate & amplitudine, præcipue vero operibus manu factis: utpote urbibus (a) arcibus (b) nec non monasteriis (c) inclitam esse: certe non alii alicui, per magnum ducatum huncce, ditioni cedere, quæ a nobis in posterum dicenda veniunt, ad liquidum perduecent. Mihi autem rostra academica, fausto utinam pede, consensuro, & tenuis ingenii specimen publicæ luci daturo, non potuit non sua se commendare nobilitate ac præstaria, particula hujus BOREAL. FENNIAE, nim. *Praefectus*

A

---

(a) Nim. Raumå, Neestatio, Nådendal, & parte cisterne sua quoque ABOA.

(b) Aboensi: item Castelbolmensi in Alandia; quæ posterior, primo flore amissio, ruina magis magisque imminet.

(c) Videl. Rökarense, Nådendalense, Raumånsi, & Töysensis. ut quæ olim urbis hujus cetera fuere, siccò pede præteream.

<sup>3</sup> re Wirmāensis , cuius, si non invita plane, rudi Miner-  
va tamen confectam a me delineationem æquæ B. L. cen-  
suræ nunc subjicio. Evidem, cum primum subeundi o-  
neris hujus consilium caporem , perivadere animo meo  
vix potui, propositum hoc tot tantisque obseptum fore  
difficultatibus, quantas, manu rei atque operæ admota,  
demum perspexi. Verum superavit cunctationem penitus  
omnem innatus patriæ amor, quem non vernaculae (<sup>a</sup>)  
parœmia multæ modo, verum Romani Vatis decantatissi-  
mum illud :

**I.** Esto memor Patriæ, quæ te genuitque tulitque.

Civi bono nunquam non voluere commendatis-  
simum. Tuum igitur erit, Cand. Lector ista, quæ ,  
pro habitu ingenii & rerum mearum, cuius utrius-  
que curtam suppellectilem agnosco, de natali solo  
meo dicenda habuerim , æqui bonique consulere ,  
tuæque cumulo benignioris censuræ supplere , quic-  
quid nitoris atque gratiæ levidensibus hisce meis de-  
fuerit.

### §. II.

**A**D morem in publicis speciminibus receptum , omni-  
um primo voces , quibus insignitur frontispicium  
dissertationis , veniunt exponendæ. Quod igitur at-  
tinget ad vocabulum Territorii, dicitur illud vel a terra, vel  
a terrore (<sup>c</sup>) quo utitur judex aut aliis quicunq; regioni  
præfetus in jure & justitia, præsertim comutativa, pœnali  
illa inter cives sancienda; quomodo territorium quoque si-

gn*i*

---

(a) Oma maa mansicainen, mu maa mussicainen i. e. natale  
solum cuius dulcissimum. Et Coto corembi caikia cassemmita  
taapungeita. i. e. patria domus omnium urbium præstantissima est.  
(c) conf. Lexica.

3

gnificat universitatem certam aliquam, agrorum proprietatibus & juribus a ceteris civibus distinctam. Svetice, immo anglice olim Hundari (f) hodie Hårad h. e. feudum militare: (g) nobis vero Fennis Kihlacunda audit (h). Wirmænse autem vocatur a parœcia (i) Wirmå; quid

A 2

ve-

(f) quod centum denotat pages: uti Fennis Satacunda, vide etiam Laur: Sepelii dissert. de Roslagia §. 2. p. 3.

(g) Wexion. descript. Sverb. Neg, enim Gothorum modo sed & Romanæ genti, in armis natis educatisq; Jolenne fuit, post exastam in castris militiam, regiones & agros distribuere exercitiū, ubi pacis tempore degerent & vita sustinenda necessaria repeterent.

(h) Hac vox a vocabulo Hebreo נְלָקֵד cætus, a radice נָקַד congregavit, facile aerivari potest, addita particula postpositiva cunda, quæ idiomate lingue, aliquid universaliter complecti indigat (sic a Seura, societas, Sucu, stirps, culma, angulus, five tractus etc. Seuracunda, Sucucunda, Culmacunda, n. abundant) Nomen autem Kihla, nostra lingua arrham sponsalitiam, & verbum Kihlata, fidem dextramq; connubialem alicui dare, hodie significat. Kihlacunda igitur, vi vocis, cætum quendam, quæ si connubiali pacto ab aliis separatum, denotare videtur. Fieri enim potuit, ut nostri Fenni, legem a Deo Israelitis Num. 36: v. 6, 7, 8, 9. præscriptam (qua ut multa alia, etiam bis borealibus gentibus, per varia variorum itinera & commercia innotescero posuit) observaturi, in conjugendis & pangendis fœderibus, intra suas stirpes se olim continuerint.

(i) Parochiam, quæ Fennice Pitäjä audit, græca lingua, commorationem sive sacram viciniam significare in confessio est. Fennorum autem Pitäjä est præsens participii a pitä, tenere. Quare Pitäjä, vi vocis, latine idem est ac tenens, vel qui reget. Resert autem Olavi Magnus Lib. 7. c. 3. de subita convoca

4

vero Wirmā significet, non adeo facile est dictu. Interim  
famen, si conjectare fas est, mihi à vocabulo fennico wi-  
riāmaa, quoq; derivari posse videtur, ita ut frugi & la-  
bore multo subactum solum audiat. Idque neque præter-  
rationem. Cum enim primi coloni huc pervenerint, vepre-  
tis, paludibus, nec non densis atque horridis silvis pla-  
gam hancce, aliorum more locorum, obsitam fuisse, ne-  
mo dubitat. quibus exscindendis adurendisqve cum vaca-  
rent strenue aborigines gentis nostræ, quid obstat, quo  
minus isthæc, ad instar Svedicæ plague nominisque, à  
Svedia, h. e. industria laborandi, nomenclationem istam  
jam olim acceperit. Ita si non omnibus arrideat etym o-  
logia nominis, iis præsertim, qui volunt coloniam quan-  
dam esse gentem nostram de Wiromaa, Wiriā & Wiro-  
land, quo nomine Estonia partim, præsertim Revalien-  
sis circulus Vexionio nuncupatur (k) libertati conjectan-  
di, sentiendique eorum nos neque invidebimus. Alterum  
nomen hujus parochiæ, ex qvo totum territorium fenni-

ce

---

tione ad arma veterum Scandanorum, qvod qui sub imperio S ob-  
sequio suo teneret provinciare, quoties hostes imminerent, per  
baculum nunciatorium (Bodkafle) vicatim & cursoribus circumfe-  
rendum, sine mora, innumeram multitudinem congregare potue-  
rit. Hæc suspicio mihi orta, prefectos parochiales, quos forte  
Vitaliat Fennice salutarunt, etiam olim extitisse, qui quo-  
res opus esset, suam quisq; populi partem edicto suo convocave-  
rint, eidemq; que civitatis bono praestanda essent, pariter injun-  
xerint.

(k) Vexionii nostratis descript. Svetbia etc. Lib. VI. c. 76. item  
Hermelini origin. Liv. p. 3. Videsis Schroeteri qvod totius orbis  
descriptiōnem pag. 975.

3

ce denominatur, est Myndmaki, quod ex duobus integris  
nim. a muna ovo, & maki colle (1) suam trahere deno-  
minationem cernitur.

### S. III.

**E**nodatis ad istum modum vocabulis, quibus nomen i-  
plum regionis flaminiæque componitur, porro situm lo-  
ci, ejusdemq; terminos describere nostrum erit. Est autem  
territorium Wirmænse sub latitudinis *LXX.* & longitudinis  
*XXXVIII.* gradu, loco a natura amoenissimo, saluberrimo-  
que, imo si viciniam omnem illius, muneraque naturæ  
respexerimus, commodissimo quoque situm. Boream &  
ortum versus, terra continentis cingitur undique: a plaga  
meridionali vero, cæterisque cœli regionibus, baltici ma-  
ris fluctibus, non exigua sui parte alluitur. Efficit situs  
commoditas ista, ut non terrestri itinere modo, sed in  
ptimis maritimo merces suas incolæ, impendio adeo non  
multo, periculoque, ex uno loco in alium transvehere  
possint; id quod ex iis, quæ paulo post dicenda veniunt,  
clarius patet. In continentis eoden fine, via patet non  
lutulenta, neque confragosa aut semitæ instar angu-  
sta, sed regia & militaris; eademque hospitalis. certe  
te insidiatum & noxatum, quæ alibi peregrinantes infesta-  
te solent, immunis atque secura. Maritimi introitus flu-  
viorum, qvemadmodum etiam ceterorum locorum, abs

syr.

---

(1) A templo primario, ultra quartam milliaris partem, juxta pa-  
gum Parsila, collis suis est, qvem muniamaki appellant vicini ei-  
ves. Et ex illo parochiam alteram suam, eandemq; Fennis magis u-  
fitatam denominationem accepisse, multi sunt, qui assertum veline.  
Lapilli enim, quibus permixtis glarea & pulvere in altitudinem  
sensim assurgit locus iste, in figuram ovi, tornati & levigati esse  
videntur.

syrtibus & brevibus cœnōsis non intercluduntur, quo minus portus suos stationesque navigia subire commode possint. *Silve* vario, ad usum & deleetationem prostantium, genere arborum frequentes sunt. *Mare* ipsum insulis & cautibus, non rigidibus & inhospitis, sed arboreis & excultis distinguitur; littora proceritate arborum, sub alia atque *alia* imagine in aquis ludentium, internitent. Offerunt sese passim & ubique luci, colles, arva coryletis ornata; pascuae etiam prataque venustate florum, baccarumque varietate multiplici exuberantia: *Agri* non spatio magis, quam foenore late patentes, quantum virtute sua solum, & quantum industria valeat, in primis illustrant: & *Campi*, quorum flores colorum varietate coruscantes, oculos & animos hominum ad se allicit, non minimam venustatem huic situi addunt (*m*). Circumdatur territoriis *Wehmænsi*, *Nedre-Satacundensi*, *Mastænsi*, *Piliensi*, *Halikænsi* & *Alandia*. Ecclesiarum, quæ communitatem nostram hancce contingunt, ad occidentem proxima est *Wehma*. Inde *Lætala*, *Eura*, *Pöytis*, *Lundå*, *Nåndåmåkl*, *Nousie*, *Mastå*, *Næså*, *Nummis*, *Vargas*, *Kimitå*, *Fogelöö*, *Sund*, *Kumhlingå* & *Töffala* terram nostram præcingunt. Limites autem (*n*) qui territorium *Mirmænse* abs ceteris

Fin-

(*m*) ducupii, præsertim vero piscaetus quanta, præceteris regionibus sic nostra bujus prærogativa & excellentia; quantum ex illo genere messis, obsoniorum in cellas suas promtharias congerere soleant, qui isti vita generi adacti sunt, in progressu bujuscem partis præsertim vero Sectione altera, volente Deo, cum de ceteris prædictis parochiis acturi sumus, pluribus dicimus.

(*n*) ex sententia judiciali supremi dicasterii Aboensis A:o 1629 die 28 Septembr, latâ, hanc habeo notitam.

Finlandiae borealis nostræ circulis seu centumpagis discriminant, sunt Cärmeluoto, Birkeswaha, Riitiönristi, Pultilan cullas, Nuskalan mäki, Hallonummi, Hillistenoja, Warcansuu sarico, Pitkäncallionsambas, Vehdolinna vel Teecowaha, Satulawaha, Cancanwaha, Pärnäkande, Lautcancellio, Suomensaari, Pärdiärwenwuori. illi vero Wehmå & Nedre Satacanda territoria a Wirmåensi se jungunt. Quemadmodum Massåense inter & Wirmåense nostrum, sequentes, suis certis locis constituti, nominibusque discriminati sunt: Löytåne Tångar, Caian öha, Petåren Perco, Wastiödrwen waha, Cuhan cuons (o) Lutterin cangas, Gareniwuori, Sandasilda, Saraisse luoto: Hobewuori, Eucëcarwaha, pratum Tirkela, rivus Cuuwa & Hagaå usque ad Lemowiik. Deinde Latonpå, Särkärauma, Airisto, Hirvisalo, a territorio Yliensi, insula Satavaluoto; ab Halicåensi Gulderrona fieri; atque ab Alandensi præfectura dupli maris sinu, qui ab aquis disternit, Watustiftet & deplet (p) nuncupantur, discriminatur.

### S. I V.

Ordine & serie, qua conveniens erit, ut prosequantur omnia, in natales & primordia Territorii hujus pri-

mum

---

(o) in cuius montis cacumine cuprum non exigua mole saxo infusum cernitur, ut patet ex litteris limitaneis (Raabref) anno 1606 datis & consignatis. In illo vero aris plano septem lineæ comparent incisa, exculptæ, quæ in totidem ætri plagas se inde diffundunt. illæ, quæ septem parochiarum, Wirmå: Pöytis, Gundå, Wårfeu, Raåså, Masså, & Nousis limites indicabunt. In ejusdem vero apice montis, ubi aris infusio facta visitur, seu centro, linearum radii & singula fila convenient.

(p) cfr. differt, de Alandiae cap. 3 p. 36.

8

rum inquirere fert animus noster. Illud autem non ita  
multo ante (\*) ex tribus aliis territoriis, nim. Maståensi,  
Wehmåensi & Väliensi ex parte mixtum conflatumque  
comperimus. Cum enim præfectis publicarum exactio-  
num, ob amplitudinem territoriorum & incolarum mul-  
titudinem, difficillimum esset onera & collationes uno  
codemque tempore constituto, civibus longissime ab in-  
vicem dissitis extorquere, ad expositionem svasionemque  
satrapæ tunc temporis Aboæ residentis, Baronis Laurentii  
Creutzii (cujus in magistratu gerendo gravitatem & dexte-  
ritatem agendi secula sera canent) indulxit glorioissimæ  
memoriæ Rex CAROLUS XI (9) ut ex territorio Väli-  
ensi ecclesia Nagu in solidum, ex Wehmåensi tractus Såro-  
kilax & ex Maståensi, parochiaæ Virmå, Lemå, Rimitå, Kors-  
på, atque tractus quidam paræciaæ Håssåensis Merimastå no-  
minatus, novum constituerent territorium. In quo ho-  
die sunt 939  $\frac{1}{3}$  familiæ seu villæ, & 572  $\frac{1}{4}8$  portiones vi-  
riles, quæ equitum sexaginta septem virorum: nautarum  
octoginta duorum, & demum pedestrem centum & octo-  
decim hominum militiam consciunt. (r) Insigne milita-  
re

---

(9) Regis augustissimi placitum per literas Collegium Cameræ 1689.  
bis exposuit verbis: det Hans Kængliche Maiist för des tiensts  
desto bætre beskråman, samt råntornes så mycket tijdigare in-  
fordrande, med hwad mera, som fougde åmbetet widhänger,  
detta för det nyttigaste och gagneligaste håller wara, at talet  
af Fougderierne ökas, än at flere upbördzstrifware skulle bestås.  
Etc.

(r) hunc numerum ex publicis redditum tabulis excerpit ex-  
Aor noster civitatenis (Stads Casseur) Dn. And. Franz Gme-  
cum communicavit. (\*) A:o nim. 1690.

re five ecclesiæ five territorii ursus est tripudiantem leone  
cinctus gemino; eodemque ensim atque corollam alternis  
digitis pedum præferente (1) Ejusmodi vero vexillo, cœu  
ancillæ, tecti instructique Wirmænæs, una cum cete-  
rarum parochiarum colonis obviam ivere hosti anno hu-  
jus seculi tertio decimo, cum sedibus nostris immine-  
ret magis magisque, servitutemque quam jam ante pro-  
vincialibus ad orientem ceteris, eandem nostris quoque  
cervicibus impositurus appropinquaret. Ab illo vero tem-  
pore, quo divisum cum ceteris in vicinia territorialium  
prætoribus, imperium habere cœpere Wirmænæs, muneri  
isti cum honore & qua pars est, laude sanctitateque pre-  
fuere: primum Ericus Sparman, inde Andreas Berg, hinc  
Gustavus Biöflund, & denum anno 1709 Andreas Monseen,  
quem vitæ diu superstitem cupiunt vota ipsa civium. A  
rationibus conficiendis, prætori ad manus, publica aucto-  
ritate constituti numerantur: Andreas Berg, Ludovicus Ca-  
loander; Gustavus Haartman, hodie Gevaliæ Senator, &  
Gregorius Haartman, cui cum innocentia & industria pu-  
blica fama eximium inter ordinis sui viros locum tribuat,  
ut & ille civium suorum commodo, diu in vivis perdu-  
ret, animitus voveo. Judicum, qui caussis forensibus  
civium meorum, incorrupta probitate & justitia diri-  
mendis temporibus proximis hisce ineubuerunt, clara  
nomina pars altera, V. D. sibi vindicabit.

## B

## CAP.

(1) Hoc Wirmænæse palladium delubro affixum una cum sym-  
pano gemmo Capitanus quidam Russorum nomine Lajachau diri-  
gitur.

10 esti viciisq; fls vbi mto ievi sib; evi et  
tunc mto mto sib; vbi mto vbi mto  
**CAPUT II.**  
De Parochia Wirmā.  
S. I.

Innuimus supra laudatissimæ Wirmænsis plagæ cultum  
ab antiquissimis temporibus repetendum esse, paganos-  
que ante instituta Christiana sacra terram istam inhabi-  
tasce. Quo autem orbis conditi seculo inhabitatores pri-  
mi heic considerint, cum sileant veterum Musæ, remotio-  
nes posteri nos super re obscura & tot seculis ignota nil  
dicendū habemus. Sufficiat dixisse originis ignorantia inter  
ultimæ antiquitatis argumenta valere debere. Paucis i-  
gitur parochiæ Wirmæ munera, quæ hodie suppetunt,  
naturæ atque fortunæ indicabimus. Est enim celeberrima,  
multisque nominibus inclitæ Aboensis diœcœlos  
non vulgaris pars, tribus ab urbe milliaribus boream  
versus, a Neostadio qvinq;, a Raumâ vero sex lapi-  
dum, versus meridiem, distans interjectu. Horum in  
meditullio locorum, ceu umbelico quodam posita est,  
loco omni iucunditate ornatissimo atque saluberrimo,  
qvemadmodum a nobis jam ante diei cœptum est. Colli-  
bus altioribus planities cingitur, maximaque parœciæ  
pars, in modum convallis, immersa montibus, ceu muro &  
aggere quodam perpetuo, & denique silvis alia atq; alia  
parte circumdata conspicitur.

S. II.

Duo flaminiam nostram amnes interluunt, iidemq; lim-  
pidissimi, qui iratis vorticibus modo, iterum leni hu-

XII

puit anno 1714. in hosticum solum, una secum in reditu transfer-  
ri cœparit.

xu & quasi quodam murmure undarum, per quatuor milliarium spatium, ad mare balticum excurrunt. Alasjoki (id enim nominis alter habet) prædium Lechtis undis suis prope lambit. Cis prædium Saaris autem, ad plagam australem, sub nemore Hapasaari idem desinit & continentis ostio se in sinum maris baltici, qui Saaren sahti dicitur, effundit. Nolosjoki alter amnis, ab eodem prædio neque procul, socium rivalem assequitur. Certe, quam ex paludibus & nivibus & minoribus rivi lympham quaevaversum convalesavit, intra eundem pelagi sinum ille quoque abdit atque abscondit. Hi fluvii, ut aulam regiam modo nominatam Saaris, ita quoque parochiam in universum omnem, nonnullis saltem pagis locisque exceptis, cinguli instar, circumdant. Trahit ortum suum amnis Alasjoki a palude, seu lacu Nolansjärvi vel Gossuo aut si mavis, Minajärvi & Käsi dicto; in cuius cataractis pagi & villæ sequentes aquatiles suas singulæ molæ habent, scil.

Calela	1	Haanpård	2
Buolois	2	Alikis	2
Zapanis	2	Såppåld	2
Tarwais	2	Majalaïs	2
Eucola	1	Raimela	13
Casula	2	Waldola	1
Nihdeis	4	Maulais olim	2
Amnis alter, qui occidentem magis prospicit, profluit ex stagno, eodemque in parochia Eura sito, quod Haindiärwi nuncupant. In hujus cataractis sequentium pagorum molæ aquatiles exstructæ sunt, nimirum.			
Laioki	2	Cariakosti	2
Cutila	2	Halola [*] olim	1
	B 2		Eura

(\*) Testum patuisse & illustre illud, quod recentem orbis in-

11  
32 illum roratq; bel guritum q; miborum duxo s; ux  
**Cariola** 4 Cormensuit  
**Galawais** 4 Erhula  
**Tassala** 1 Mallylyla  
**Guwa** 4 Lujala  
Ignobiliora molendina , qualia in rivis passim vi-  
suntur , sciens prætero . Certe , qvæ nobis latem ob-  
servatae sunt moletrinæ Wirmænæs , sexaginta duæ ad-  
modum sunt , præter complures pneumaticas machinas ,  
qvibus colles & alia superne eminentia loca passim su-  
perbiunt . Commolitum fruges , easdem qvæ culmo & pa-  
leis intermixtas , ( Stamp ) sicuti carior annona fuerit ,  
huc qvoq; comeare solent parochiæ circumiacentes ,  
in qvibus cataractæ deficiunt fluviorum . Non dum ex-  
olevere animis Wirmænsium afflictiones illæ , qvas du-  
rante servitute Muschoviticæ , an vero Ægyptiaca , ma-  
jorum more , perpessi fuere . Quidq; frumenti desti-  
natum fuerat commeatui , non illarum modo copiarum ,  
qvæ in planicie Wirmænsi considerent , sed & illi par-  
ti exercitus , qvæ in campis Aboæ vicinis stativa habe-  
ret , ad molendina Wirmænsia ultro citroq; vehe-  
bant parochiales . Die nocte qvæ tempore autumnali ,  
brumali , nonnunquam etiam æstivo hoc vecturæ labo-  
re onerabantur ; nulla ipsis relinq;ebatur reqvies , adeo  
ut remotiorum intuitu ecclesiarum , servitutem hostium  
& graviorem & longiorem Wirmænæs meos exantla-  
visse , ingenuorum civium non facile qvisq; negaverit .

S. III.

**V**Erum ad flumina modo nominata , qvæ e diverticu-  
lo redire juvat . Hi amnes simul cum stagnis atq;e  
lacu-

colam memet ambitu suo primum fovi & exceptit .

ni rido ministrum hunc & nulli resili V. vñlq; mñfñl (\*)

53

Iacubus, qvibus modo natales suos debent, modo inter currendum commiscentur ( *Cästijärvi*, *Lepistönjärvi*, *Kivijärvi*, *Lahnalammi*, *Gulajärvi*, *Päräjärvi*, *Uculajärvi*, *Aulinjärvi*, *Tajavaajärvi*, *Vastjärvi*, *Uupajärvi* &c.) delicatis abundant piscibus, luciis scil. & percis majoribus, cyprinis latis seu prasmis, *Braxen*, rutilis, *Mört*, eperlanis minoribus, *Nårs*, *Luciopercis* *Gidö*, *Leuciscis* *Lötha*, & ceteris. Proinde incolæ quoque varia adhibere solent instrumenta ad decipiendum ludibundam maris sobolem istam. utpote verriculis atque retibus pectoriis, tempore vernali, in ostiis amnium; interdumque sinu in ipso variis piscium generibus refer-tissimo, dispositis. Nam glacie in aquam resoluta, abundante aquâ, pisces ad occurrentes sibi cataractas amnium usque penetrant, & cum inibi proseminaldo generi incumbunt, multo cum fœnore retia sua & cetera instrumenta explicant accolæ. Neque quantum satis sit piscium, etiam angillas (\*) suis usibus colligunt solum; verum aliis a mari remotioribus, residuum divendere solent. Aestate, nassis, prope littora in aquam mersis, sagenis & hamis subtili funiculo tetraeo, septem ulnas circiter longo, insertis, pisciculos fallere solent. Certe cyprini & percæ, nonnunquam etiam lucii isto instrumento aquis dolose extrahuntur.

Tem-

(\*) Ne, quod de *A. Ruthio*, exercitus *Suetbici* legionisque *Finlandie* sub prefecto, ejusque nature inbecillitate Ob. *Borrichius* *Cimber* refert, quod ad angville assatæ ad spectum horrore & sudore maduerit, neque nisi Jovem frigidum e vestigio salutasset, lipothymiam evalisset, de ingenio Fennorum, promiscue & in universum praedicari posse, quis si bi persuadeat.

Tempore verò autumnali, idqve noctu, fuscinis e lenti-  
tribus aut aliis minoribus naviis, ignis fulgore admo-  
to, pisces etiam maiores intentos novo & insolito spe-  
ctaculo, opprimere solent. Ne qvid de lutris & ceteris  
minoribus amphibiis loqvar, qvæ in amnibus, hyeme  
vigente, per indaginem occupari passim jugulariqe so-  
lent.

## §. IV.

**I**N sulcando maris fundo industriam non infeliciter  
collocare audivimus Wirmåenses meos. Qvam frugum  
fertiles sint agri eorum, porro dispiciendum. Acuit &  
extimulat cultores suos ad illud, qvidqvad fuerit, rusti-  
ci operis strenue perseqvendum situs ipse loci, frugibus  
serendis opportunus, glebæ in spatiösam planitiem diffu-  
sa fœcunditas, & deniqve annonæ, qvam pro usu do-  
mestico copiosioris, exportandæ & divendendæ commo-  
ditas: cujusce rei urbium & ceterorum locorum vecti-  
galium, adeoqve Wirmåæ meæ rationaria testes sunt  
non vani neqve fallaces. Et licet fateamur necesse sit,  
incolis, ut alibi, ita heic loci qvoqve, indolis atqve  
bonitatis ejusdem, omnibus non esse terram; qvidam  
enim habent agrum argilla plus satis mixtum, qvidam  
fabulosam, qvidam hunum cibantem & fœcundam ma-  
gis, qvidam etiam fluxum & uliginosum solum. Id ta-  
men experientia docet, qvod, si cœli qvædam acces-  
rit serenitas, suumqve non ipsa sibi genium fraudave-  
rit ignavia, in necessariis certe nullius loci natura de-  
ficiat. Ut agros Wirmåenses habent frugibus latos at-  
que fœcundos, ita pratis neqve destituuntur herbiferis:  
sunt autem illa non palustria, exceptis qvæ in lyiva-  
rum desertis identidem prostare solent, sed campistria,

qvæ

qvæ fœni proventu uberrimo , juxta ripas fluviorum  
semet exporrigunt.

§. V.

**C**etera inter locorum arœna campus ille numerandus,  
qui maxime Pitjjanlakia accolis nuncupatur, cuius  
plus quam integrum milliare, ambitus comprehendit,  
neque nisi in ipso mari terminatur. Qvod colles illius  
latioresque calles virgulta cingant, frutices & arbusta  
ornent, juniperi, erices, quercus, betulæ, salices, al-  
ni, sorbi sylvestres, pseudoligustra & cetera distingvant,  
adeo non facile negabit quisquam, ut ad amœnitatem  
nec non fertilitatis varietatem alma rerum parens plu-  
ra aut majora conferre vix potuerit. Et ne impervium  
aratro aut culturæ impatiens solum putes, læta plani-  
tiem internitent arva, prata & vireta, odorum venu-  
state multiplici luxuriantia, qvæ læto spectaculo suo a-  
nimos reficiunt adventantium, & nescio quibus non il-  
lecebris oculos perfundunt. Vides campum hunc aulis  
magnatum, prædiis nobilium, pagis & mapalibus fre-  
quentissimum; uberrimos pecoribus pastus præbere, e-  
osdemque, qvod mireris, rapacium animalium contagio  
prope liberos & securos. Pabuli & cibi satietatem fau-  
cium ardor, ex instituto naturæ, seqvi solet & urens vi-  
scera sitis. Eidem sedandæ fontes gelidi & lucos per-  
enni aqua rigantes rivuli inserviunt; nec desunt stagna  
magna siccitatis, sirio ardente, solatia. Neque peren-  
nem illa solum, sed & dulcem & proinde salubriorem  
lympham præstant. Cujuscemodi indolis & bonitatis  
causa est, qvod in illa receptacula non convehant un-  
das suas fontes & rivuli, ut ibi subsistant & quasi voragi-  
ne quadam absorbeantur, sed transire saltem natura-

voluit, ne in alveum, densa magis mole, quam præ  
necessario motu suo, convulsata, putris situ atque fœti-  
da evaderet aqua. Quid multis? verba Poëta huc non  
incommode transferri possunt anonymi cuiusdam:

*Area formosis nitidissima floribus; atque*

*Humida de guttis lene sonantis aqua.*

Cetera, quibus regionem hanc nostram bonis natura  
instruxit, quævis libenter vellem, copiæ in angustum  
redactæ meæ tamen pluribus persequi vetant. Colopho-  
nem vero medicationi de re agraria Wirmænsium me-  
otum imponet Virgilius Poëta?

*O fortunatos, inquiens, nimium, sua si bona norint,*

*Agricolas, quibus ipsa, procul discordibus armis,*

*Fundit buno facilem tellus justissima vittum.*

### §. VI.

Postulat jam ratio methodi, ut ad delineandas quatuor  
ades sacras pergam. In illis vero familiam dueit Ma-  
ter ecclesia, h. e. parochiale templum primarium (\*).  
Quod

(\*) Est in anæna quadam peninsula, prope matrem hanc ec-  
clesiam, ad plagam orientalem, velut campi elysi particula qua-  
dam, curia sacerdotalis sita; abs fluento, cuius jam antea  
westionem sapiuscule fecimus, Ulassjöli, soleæ ferreae in modum  
incincta. Aedibus complurimis partim vetustioribus, partim  
etiam nostri avi affabre exstructis pariter atque viridiario or-  
natissima est. Fundatam eandem (ut ex illius etate templi &  
ecclesia vetustatem certo certius colligere queamus) ante annos prope  
quingentos (1260.) fide veteris inventarii constat, quod sic fo-  
nat: Inventarium in parochia Wirmæ A:o salmæ MCCLX.  
in plantationem præpositoræ Remari Gislonis, Præpositus

quod sede perquam comoda in colle aprico, prope  
annem Alasjoli situm est, cemiterio undique capa-  
cissimo circum datum, septo que non aut alias, silv. stris.  
materie, sed saxonum compage egregie vincto. Est il-  
lud religioni & memoriae sancti LAURENTII martyris,  
Uplaliensis basilicæ in modum, consecratum a majori-  
bus, (1) quem, quod non alios thesauros, quam mi-  
seros & egenos, qui ecclesiæ sumtibus alerentur, DE-  
CIO imperatori in peculium redigendos asservandosque  
traderet, in craticulâ ferrea tostum excruciatum que pe-  
riisse histor. ecclesiast. scriptores consentiunt universis  
Quatuor in ipsam templi aream patent introitus. quo-  
rum primus ad occidentem spectans, impensis genero-  
sissimi Generalis HENRICI FLEMMINGII A.O 1626. de no-  
vo surrexit: de pietate liberalitateque summi Viri istius  
testimonium perhibente saxo superne eminente. Alter  
vergit ad orientem. ceteri duo ad plagam australem at-  
que meridionalem; qui sua neque destituuntur formæ

## C

gra-

Aboensis primus, cum Sigismundo Johannis, Canonico ibidem; G.  
Remigius Gilonis, Canonicus Holmiensis, ac Magister Magnus  
Woldemari, canonicus Upsaliensis, ac Magister Nicolaus Carhus  
propositus ruralis in parochia Wirmå, cum tutoribus ecclæ-  
sia, Olof Hanson Parda, Olof Elämen Poica, & asso-  
föres similiter indexerunt, Simon Andersson Lemkallio, Heno-  
rich Jönsson Wallais &c. &c. &c.

(1) Notari meretur vanitas superiorum temporum, quod  
cum cultum sanctorum indebitum ejusque memoriam in nomi-  
nibus altarium, sacellarum, templorum passim & ubique existere  
voluerint, qua veri Numinis debitum cultum suggestant, op-  
pido paucissima inveniantur.

gratia, ob quam honorifice appellantur. Uti modo diximus, in ipso sepulcreti umbelico magnifica & vetustissimæ religionis ædes ipsa se in eximiam altitudinem (\*) attollit, tanto ambitu quoq; amplitudineque, ut, excepta sola basilica Aboënsi, ceterorum per magnum duorum huncce templorum, præstantiæ genere isto nemini cedat. Artis structura illius est pulcherrima, architectumq; que arguit præstantissimum. Utrinque enim adventantium commenitumq; oculis sese architecturæ ac speciei infert vetera majestas; ita ut non unius mensis aut anni fuerit opus, cum primum fundaretur, sed plurium annorum spatium exegisse videatur, antequam ad fastigium suiq; complementum perduci potuerit. Cum murus templi in illam sublimitatem succrevisset, ut saxa in supremū apicem vestibus, & ceteris machinis vulgo notis, levari non amplius possent, duos, torqvendis in altum saxis, a septentrione & meridie, pontes a terra ad utramque muri summitatem sese porrigit factos fuisse, relationes sporadicæ etiamnum superstites testantur.

### §. VII.

**N**E vero externa tantum facie & structuræ artificio sacram hanc ædem æstimandam censeamus: neque materiam, ex qua jam olim conflata est, sicco pede præterire juvabit; Totam hanc fabricam saxis, non asperis & inæqualibus; sed selectis & planis constare ignotum in vicinia nemini esse potest: tectumq; scandulis, id est, laminationis ligneis egregie obductum est. Quo anno & quo sedente episcopo, cujusque operâ templum ab initio fundatum

---

(\*) *Longitudo, cui altitudo, iusta proportione egregie servata, respondet extra muros est 89. ulnarum, connumerato campanili. Latitudo vero 35. cubitorum.*

91

cum dedicatumque fuerit, primum non est ostendere. quippe nulla illius rei supersunt documenta, nullæ reliquiæ. Licet autem monumenta nulla prohibeant, cum sacræ Fennigæ operibus ceteris de antiquitatibus gloria non infeliciter æmulari certissimum est. Non multo post tempore, quam conversio solemnis Fennorum per Henricum facta fuisset, missatico cultu sacerdotum pontificiorum personuisse, inventarium, quod in tabulario ecclesiæ etiamnum asservatur, cuiusque paulo ante mentionem fecimus, nos non sinit dubitare Si BERONE W. Go tho sedente episcopo, puta anno MCCLX præpositura Wirmdensis consecrata fuit, ecclesiam ipsam, non multo post plantationem religionis hisce oris institutam, surrexisse indubitato colligitur. Quidquid sit, januas admodum tres habet: duas versus meridiem, ad occidentem unam, eamque maximam. quæ cum a sacris cessatum fuerit, validis pessulis occluduntur singulæ. In ipsum templum cum ingredimur superne prostant quindecim arcuati operis fornices, (c) iidemque lapidei, quos sustinent proceræ columnæ

C<sub>2</sub>

## lumnæ

(c) Abolitus, quibus testuoæ oriaem referrâ fuit ementitis prodigiis atque picturis, Flemmingio curante, tecto omni penitus ab hum colorem superinductum fuisse, præpositus ecclesiæ cum honore mibi semper nominandus, me nuperrime monuit. Verum liberatilitate ista, utrum apud historiæ Patriæ & ejus antiquitatis: curatores eandem, quibus forte plebejorum animis, gratiam invenierit, admodum incertus sum animi. Neque enim dubitandum, occasione operis illius non pauca subtata fuisse atque deleta (vero ha sunt Schefferi in Upsalia) quibus servatis non exiguam rerum a superioribus gestarum quoque notitiam superstitem habemus. Tössalenſi flaminie aliisq; pluribus sacris adibus Fennigæ

lumnae pro numero Apostolorum, XII. admodum, ordine gemino structae consolidataeque; Octodecem fenestrarum aperturæ sunt satis magnæ, quarum quinque partem ædis respiciunt orientalem, decem meridionalem plagam prospiciunt; tres autem borealem parietem, connumerato sacrario, distinguiunt. Vitro fenestræ purissimo constant, partim rubente, maximam vero partem liquidum transluciente.

### §. VIII.

**A**Gregorio templi in ipsum adytum seu sanctuarium deviendum, gradibus suis atque cancellis, veteri Christianorum usu, a parte mediana distinctum. Illius quanta, priscis temporibus, fuerint decora, certe non liquet. Id constat, quod anno D:ni 1625. novis ornamentis atque picturis decoratum fuerit. Testantur id ipsum verba clathrato chori sepimento adscripta, quorum hic tenor est: *Hunc chororum hic viri subscripti suis expensis depingi atq[ue] exornari curarunt: Martinus Rungius, Henricus Hoffmannus, Henricus Gregorii, Carolus Hoffmannus, Thomas Erici, Bartolus Blasii, Sigfridus Laurentii.* Aditus Chori tres sunt. Intermedius autem maxime patens est. Supra le suspensum habet simulacrum

*nostre illud laudi cedit, quod in restudinibus & parietibus, veteris evi memoriam multam recludant hospitibus, qui non ipsi hospites & sacrorum horum plane ignari fuerint. Opto vero Finlandiae continentia vindices & architecti monumentorum suorum DELAGARDII & horum similes alii, non Sancti admirabiles illi, quos imminentes facilitati suorum principum atq[ue] magnatum, in Svecia paucos intra menses, septingentorum annorum pietatis opera antiqua delevisse refert Vastovius in dedicatione vitis aquiloniae sue. Quo cum conferri meretur dissent. Aboæ nuper habita de causis deficiens histor, Sveti. pag. 44. 50. 60. &c.*

lacerum ligneum CHRISTI crucifixi, humanæ magnitudinis modum excedens: auro superinducto, nec non egregiis sculpturis atque picturis affabre ornatum. Hiantia Salvatoris vulnera illud ob oculos ponit; in capite ejus corona spinea perquam viridis, sed sanguine stillans apparet, quæ qualis erat ubi dicuntur vere fidelibus & hospitiis Christianis speranda fors sit, non obscure significat. Operi non inepit addi possunt versiculi cuiusdam poëtae anonymi:

*Efigiem Christi dum transis, semper honora;*

*Non tamen effigiem, sed quod designat, honora.*

sculptile vero veteris artificii illud anno 1651 renouatum est. Sub ipsa cruce tabella eminet, quæ exhibet encomium jubilæum, idiomate teutonico a Silesiæ incolis, aut saltem nomine eorum compositum, intuitu libertatis Evangelicæ circa religionem, ecclesiæ eorum a rege glori- osissimo CAROLO XII procurata anno 1707. Ab illa votiva tabella, chartaceum non longe aliud remotum est monumentum, quod jubilæi euangelici primi & secundi sub rege augusto CAROLO XI: 1693. abs Svecis celebrati, solennitatem refricat. Cancelli, queis chorus cingitur, supra nominatorum virorum opera & diligentia extructi. Intra septa sua Episcopi cathedram habent, non vulgari opere cælatam. ne quid de ceteris presbyterii exedris dicam, aliis atque aliis emblematum cælaturis artificiose, olim magis quam hodie condecoratis. Supra sedem episcopi, ad sinistram, è vicina columna, deaurata nient nobilium virorum insignia, imprimis JOHANNIS Joannis, militiae navalis præferti, itemque Gyllenflogi prætorianæ militiae subcenturionis, Dni. in Hietamäki, Sunnila & Longholm. Baptisterium, quod summa chori pars in-

finu gerit, opere egregio, ex lapide integrum est, cancellatum & juxta altare ad sinistram situm. Est in illo choro puta in columna, locus quidam ad modum januae ex eisus, ubi ex capsula lignea simulachrum sculptile Sancti eiusdem veteris ecclesiae cernitur. Superne vero in pariete, usque ab anno CICICL VIII affixam habet supra hæc templi regio tabellam, quæ Christum a Johanne baptizandum repræsentat. Cui respondet e regione opposita asia, Christum suscipientem infantes (d) exhibens. Cetera, quæ funeribus proximorum regum eorumque rebus gestis conserata sunt anathemata, sciens vidensque prætereo. Pluteus altaris ornamento religionique conseratus jam olim historiam nativitatis dominicæ, opere ad effigiem rerum atque animalium exsculpto, repræsentat. Intra eundem Chori ambitum crypta ad orientem sita est nobilium funerationi destinata, à qua abest neque longe pictura, resurrectionem a mortuis Salvatoris nostri exhibens. Gunnila vero equestris prædii dominorum veterum, & quidem nuperrime nobiliss. viri SIMONIS LILEGRENII, per Finlandiam borealem Legiferi cineres catacomba illa tegit. (e) Subter pavimentum choro substratum sepultra minora alia, lateritii operis prostant, quorum in cippis suprastratis possessorum nomina sed ignorabiliorum, passim leguntur.

### S. IX.

AD dextram, loco abs summo altari non procul remoto, urbis Hierosolymorum ichnographia, una cum mediatore

(d) Marc, 10: 13.

(e) ante annos circiter 80. structum fuisse illud sepulcrum, annus 1659 una cum literis ( initialibus ) C. C. E. F., quæ ab introitu eminent, non obscure significant.

diatoris nostri Sanctissimi crucifixione; pariterque sanctorum deaurata simulachra oculos peregre advenientium alliciunt. Ne quid de figuris dicam, sculpturis atque acutis emblematis, nec non literis aureis, qibus ora ipsa seu extremitas undequaque ornata est. Repräsentat illa loco præcipuo atque supremo *CHRISTUM* mundi Salvatorem angelis & sanctis Dei hominibus cinctum comitatumque, cum inscriptione: *A mortuis resurrectio ad judicium.*  
 Certe sacrorum sedi huic, per se solum illud antiquitas & artis catagraphicæ specimen insigne, si cætera deessent, splendoris non parum affert. Est illud fulgens donum, in vicem tesseræ hospitalis, a beatæ memor. generali *FLEMMINGIO* persolutum pro hospitio, aut si mavis requie, quam subter in vicinia ossibus illius sacra domus præstat. Scilicet conditorum ab isthac templi parte eminet *FLEMMINGIANUM*, magnificum & ex marmore candidissimo, artificio, si quod aliud, cælatum maximo. Mole & amplitudine sua struem hanc aliorum locorum sepulchralem magnificentiam attingere, non ego neque alius facile dixerit. Inventionis gloriâ itemque materiæ splendore & concinnitate plurima, etiam sumtuosissime ornata vincere, certus sum. Quidquid enim artis atque studii conferri potest in structuras monumentorum, eorum quoddam specimen & exemplar heic intueri licet. Repräsentatur superne, quasi e triclinio, geminum simulachrum viventis vigentisque, aut si mavis dormientis, una cum conjugi, herois & generalis, de quo plura modo. Inferiori vero parte cenotaphii, ex sepulchrali capsula patente, non sine horrore prominent totidem cadavera utriusque sexus, juxta se posita, tabo liquentia, corrodentium vermium ceterorumque animalium.

culo-

culorum carnificinæ exposita. Certe actum vitæ humanæ utrumque, inque ignominiosissimam sortis florentissimæ metamorphosin, uno intuitu, magisque ingenioso opere, non aliud sculptile bustum suppeditabit. Qui hostili durante vi dominioq; magnis exercitibus præfuerere duces Moschorum, ne qvæ, blandiente fortunâ, eosdem incertos confunderet conficeretq; oblivio humanitatis, limina sacra hæcce crebro salutarunt. Nobis non fugitivo oculo prospicientibus in eadem imagine, qvæ futura sit conditio nostræ nitentis cutis atq; saginæ, admodum neque placitura amplius lautitas & gaudia mundi hujus; tunida & inflata omnia prostratum iri, nullus dubito. Fateor descriptionem plenam non calamo solum, sed & æri incisam mereri eximum monumentum hocce; verum cum sit illud neq; muneris neq; paupertinæ conditionis meæ, fugientium antiquitatum pietatem suscipere vindicandam, sed eorum, qui accurandis patriæ memorabilibus publice præpositi sunt; quod mearum virtutum fuerit & opere adeo non magno præstari potest, debitum patriæ meæ exsolvisse mihi satis erit. Ista vero facies erat lepulcri seu potius cenotaphii, primo statim intuitu in oculos incurritis. In illam subterraneam concamerationem, aut si mavis, sedem ipsam silentum ubi descendenterius, loculi seu cinerū repositoria visuntur tria FLEMMINGIANÆ propria. Præ duobus illis quercinis, in quibus conjux herois nostri, nec non virgo filia in cineres redactæ sunt, tertium augustioris formæ est, illudque duplum interius nimirum ex quercu, externum vero non ex ære confectum modo, sed plurimis deauratis insignibus gentilitatis, ad latus utrumque condecoratum. Extremitatem geminam totidem tituli ornant. A capite: HENRIC FLEMMING,

MING, natus anno 1584 die 15 Augusti. Ab adversa parte vero, quam mortui hominis cranium distingvit, perinde leguntur: obiit anno 1650 die 7 Novembris. Vicinam in pariete regionem, mediata pariterque supremam enses & cassis & manicæ distingvunt, una cum thorace vexillisque cum funebris tum quoque triumphalibus, quæ suis etiam singula sunt insignita titulis (a) & olim magis quam hodie in pompa funebri præferri dedicarique solebant. Ambitum sepulchri omnem crates & plutei dentati colorum varietate pulcherrimi, ne petulantiae quorumcunque, opus sit expositum, cingunt undique. Quam vero magnifico huic viro ejusve nepotibus cum ecclesiæ ministris pulcherrime convenerit, conditorum, quod pastoris & professoris Iustandri mortalitati dedicavit, & sibi suisque exuviis contiguum esse voluit, satis exprimit.

## S. X.

**A**B illis Diis manibus, qui humani generis longissima regna tenent, ad superum & viventium habitacula, præcipue vero ædis nostræ religiosa cetera regrediendum. Anteqvam vero longius proiecti fuerimus, quæ, nescia lethi, famæ decora fuerint viri immortalis FLEMMINGII, quinam adhuc rerum gestarum tituli perennant, paucis advertere non pigebit. Qvibus ipse majoribus prosem-

D

natus

(a) In suo granario vexillo etiam hucus integro ejusmodi legitur summi viri elogium lingua vernacula concinnatum: Kongl. Matt: & och Sveriges rikes högtbetrodde man, fördrom Hs: Werste och Gouverneur öfwer Narven och Ingemanland, nu hdi Kongl. Krigz råd i Stockholm, den adle och välborne HENRIC FLEMMING till Lehtis, Ekeby, Fagerndås, Glenhos, Tellista, Vademois och Lais i Läfland.

natus fuerit, qualem gentis suæ posteritatisqve spei, fo-  
bolem reliquerit, ex schemate genealogico, cum ad  
Wirmâæ illustris & eruditæ descriptionem demum perva-  
tum fuerit, promtum & enodatum daturi erimus. Eo-  
dem vero, una cum exuviis, sepulchro deditam viri famam  
noluit non ipsum saxum loquax solum, sed & Svetiborum  
superioris seculi tabula fastorum: præsentim BOECLERIANAE,  
qvæ inter insigniora, regnante CHRISTINA, militiae Sve-  
canæ nomina hujus nostri refert, & quod Jemtia inter Sve-  
dici imperii insignia locum hodie inveniat, hujus copi-  
is instructis, illius aciei diligenter formatae tribuit in so-  
lidum. Clarissimus vir genere audit & militia vetus; qui post  
finem istius belli (1644 gesti & sequenti mox anno ad Bromsebro-  
am compositi) vitam non diu produxisset: sed qui filios reliquis-  
set generosissima indolis, paternaque virtutis amulos, qui icidem  
muneribus mox functi fuissent amplissimi: qvos inter astate & dia-  
gnitate praefarer ERICUS FLEMMINGIIS Senator regni & collec-  
gii metallic præses. hactenus Boelerus.

### §. XI.

**C**etera inter religioni ædisqve ornamenro hujus sacra-  
vota, suggestum, aut si cum veteribus Christianis loqui-  
velimus, ambonem primum numeramus, forma & ampli-  
tudine satis celebrem. Est ille cælaturis aureis argenteis  
qve undeqvaqve nitens, in medio fere templi; ad seriem  
illam columnarum, cui sinistrosum testi arcuata moles,  
introéuntibus inniti videtur, positus. Anno 1695 mense  
Julio renovatus est, atqve variis pigmentis iterum orna-  
tus. Imagunculæ autem, suæ qvæque cellulæ insertæ, col-  
legium Apostolorum, qvorum medio in ipso chorodidasca-  
lum agit SALVATOR noster, repræsentant, ad fidem & pi-

ematis

etatis æmulationem, quam animis & auribus, voce sua sacerdos, eandem ceteris sensibus quoque parochialium exscitandam. Huic suggestui supra in columine suffixum est tabulatum Sphericum, in figuram corollæ efformatum cælatumque; cuius officium est concionatoris seriem & fluxum verborum coercere, ne fine frustrentur suo, inque sublimorem ædis regionem inutili murmure deflectant. A pavimento, decenti intervallo, locus sacer iste clatus est, eo potissimum fine, ut auditorum mores & attentionem eo melius observare possint doctores, & illorum singuli concionatorem quoque adspicere, & e suggestu suo suggesterentem, quid in eorum rem sit, auscultare. Quamobrem etiam licet sit columnarum uni prope inadificatus, non impedit illa tamen, quo minus in porticu, sive gremio, sive choro sedentes eodem intuitu concionatorem ipsi videre possint, & sacerdos adeo neque magna capitis circumactione, auditores suos & quoque intrantes cernere queat.

### §. XII.

**N**E quæ ad festivitatem & cultum prostant ornamenta templi prætereamus, ejus etiam *sacra vasa* & utensilia enumeranda sunt. In illo ordine quatuor perpolita atq; egregia, sub fornicibus pendula candelabra, ex orichalco fusa familiam ducunt. Pendet eorum unum in chori meditullio. Imminet alterum ambulachro meridiem propicienti. Geminum media templi regione sese demittit, & consularē viam mystico splendore suo collustrat. (b)

D 2

Fer-

(b) Ex illis, lycnuchas octo brachiorum muneri artus & consecratus est a CLAUDIO FLEMMINGIO, HENRICI filio de Rehens hereditario; qui minoris forme candelabra quoque, que mense

Ferreum quoddam, vetusti operis, candelarum gestamen ad posticam ædis partem, plagam puta borealem, tertiam sacrae hujus ædis semitam intrantibus, ad loca tabulis separata sua cuique viam monstrat. Singuli lychnuchi in plusculos ramos, aut si mavis, brachia, idque per gradus diffunduntur: eo ordine atque numero dispositi, ut connumeratis illis, qui suggestui, summo altari, columnis & presbyterorum sedilibus lucem affundunt, quinquaginta circiter candelæ sint, quæ ordinarie templi hujus machinam, uno eodemque tempore, luminosam reddant. Fuerunt hæc ignobilioris metalli vasa sacra. Quemadmodum usu, ita pretio quoque argentea se majori longe commendant. Inter illa vel præcipui sunt calices duo, totidemque patellæ. Cantabri tot numero excipiunt, utut magnitudine & operis præstantia admodum dispare. Est enim alter auro ebryzo obductus, artificio scito atque venusto confestus, & talis denique, qui missatici vini, quantum satis fuerit, singulis vicibus comprehendere queat. Debentur ista vasa omnia pietati Flemmingiane, cujus, puta HENRICI, una cum insigni gentilitio, nomen donariorum cuilibet insculptum cernitur.

### §. XIII.

Templi delineatione pro modulo ingenii facta, de SACRARIO vulgo sic dicto, potius *edicula salutatoria seu secretaria*, quæ choro pro more suo annexa est, dicendum verbo saltē, quod in illa condantur atque asserventur vasa & utensilia templi modo nominata: præterque illa codices sacri & ecclesiastici; pecuniae, cum suis diptychis &

---

sacra supremo loco conspicuntur; perinde sua memoria & sacris publicis Ecclesie dedicavit.

& rationum libris, cingula, sacculi tinnientes, stolæ, thuribula, & ceterarum rerum ad ornatum altaris atque sanctuarii devota suppellex. In sinu suo hæc domus habet in super publicum & commune presbyterii ecclesiæ hujus sepulcrum, & demum hypogæum vino condendo atque conservando accommodatissimum. Sculptæ, ex queru plurimqve, imagines diorum divarumqve, quæ in templo ipso partim, partim heic loci in memoriam antiquitatis servantur, Druides & iconotatras impie sedulos fuisse nostros quoqve in papatu majores, testantur maxime. Fure penes nos reformationis seculo vergente, qui imagines & reliquias & omnem apparatum sacri pontificii igne atque aqua abolendum voluerunt. Quantum in Svetia profecerint Zeloti illi, bello cum umbris & imaginibus gesto, ad delendum veterem memoriā gentis illius, bistoria deficiens ipsa testis est. Qvod, salvis auspiciis Christianæ religionis, servari potuerint variii generis anathemata ista, nulli dubitamus. Certe felicitati, nostræ genti illud adscribimus merito, qvod zeli iracundia ad nos non eadem pertigerit. Modo non nesciamus posteri bona nostra ipsi, & quæ, ceu spolium ævi, direptionem hostilem evaseré monumenta majorum, nostra desidia ærugini, pulveri atque squalori dehonestanda, & denique casuum fortuitis destruenda, iterato objiciamus (c).

#### S. XIV.

**A**nte nolarum usum, concrepitu pulsuqve lignorum ad sacra convocatos fuisse veteres Christianos & hodie quoqve Gracos in ecclesia pressa sua: imo in Finlandia, praxim eandem obtinuisse ab initio, constans fama est: experientia

---

(c) additis notare abesseos septimæ

tia qvotidiana neqve refragante, cum ad privatum usum  
 prostare etiamnum tintinabula ejus generis, nemo non  
 nostrum noverit. Sequoris Christiani ævi hominibus, qvo  
 tempore usus ne, an abusus campanarum penes nos pri-  
 mum invaluerit, meum non est definire. Id in præsen-  
 tia observare nostrum est, qvod præstantissimi æris atqve  
 ponderis triga campanarum in nostra ecclesia præsto sint,  
 qvæ remotioribus ab ecclesia parochianis qvoque sonitu  
 resonante suo tempora sacrorum stata distingvunt & ad  
 publica vota adesse jubent. de qvibus plura modo. Re-  
 sident eadem domo, sacris ædibus contigua, sed distinctas;  
 neqve excelsa illa solum, sed & fenestrarum, qvod mire-  
 ris, concinna serie distincta. *Virginis Vestalis Gratiæval-  
 lensis*, ut publica fama fert, an vero civium rusticorum  
 opus sit, explorati nil dicendum habeo. Quidqvad sit,  
 textura operis, non ad usum modo, sed & gratiam & de-  
 lectionem, summa arte confecti, non ex vulgo homi-  
 num, neqve plebeji ingenii munearium fuisse, plus satis  
 ostendit. Constat major campana octo nayalibus & tre-  
 decim vulgaribus ponderibus, additis in vicem supple-  
 menti, novem libris. Etatem illarum, si quis scire ave-  
 at, de majore saltæ constat, qvod anno 1617 post fatalem  
 sui destructionem, nova forma donata: rursusqve cum  
 anno 1650 denuo contracta & disrupta esset, anno 1664  
 liberalitatis specimine novo, renovata & in pristinum usum  
 atqve splendorem restaurata fuerit, sæpe nominati mili-  
 tiae tribuni & generalis *FLEMMINGII de Lehtig*, aut saltæ  
 conjugis filius impensis. Qvorum generosæ devotionis  
 vèstigia, uvi & ornamento hujus ecclesiæ, nusquam non  
 occurruunt legenda, conspicienda, atqve celebranda. (d)

§. XV.

(d) præter scriptura dicta ad divini Numinis laudes accenden-

## §. XV.

Sufficient illa de templo primario (Moderkyrlia) in me-  
dium collata. De anniversaria celebratione dedicationis  
templi hujus, videsis, qvæ §. 24. infra dicenda veniunt & in  
notis subjicienda. Jam ad tria hujusc e parochiæ quoque  
Sacella pedem promovemus, Mietois scilicet, Hietamåki &  
Carjala. Præstantissimum in illa triade locum jure suo si-  
bi vindicat Mietois, qvod impensis suis iterum **FLEM-**  
**MINGIUS** idem, opere largo & sumtuoso suo, non procul  
ab amne glasioli exstrui curavit. Anno repararæ salutis  
1641 ædis sacrae hujus ponit primum cœpta suere fundamen-  
ta, totumque opus tribus post annis, supremam manum  
vidisse, multi sunt, qui, paratum fido relatu suorum, pro  
indubitato habent. Quantum vero munificentia, non  
parochialibus ædibus nostris solum & templis procul dis-  
fatis tribuerit, quantos sumptus in iisdem condendis, re-  
staurandis & ornamentorum genere quocunqve insignien-  
dis, erogaverit magnificus civis Fennigie idem, testes in  
omne ævum duraturi sunt **Cathedralis hæc ABOENSIS basili-**  
**ca, VIBURGENSE templum, HOLMIE magnificum Jacobi fa-**  
num

**tit, S: Laurentius, quem genium sibi, suisque rebus patronum præ-**  
**posuere, paganici ævi more, parochiales primorum temporum, cum**  
**eraticula in effigie expressus cernitur in hac majore campana, cum**  
**inscriptione: HENRICH FLEMMING. FRÆ SERBA ERICUNDÆ**  
**DÖTEGEN BÅAE.** Holmiae me fundebat Johannes Mei-  
jer anno 1664. Intermedia campana est pondo navalis unius &  
quinque ponderum vulgarium circiter; quam hoc præsente anno  
fudit Ericus Næstman. Præpositi moderni Mag. Laur: Sackli-  
nii; diaconi Dn. Gust. Pacchalenii & subdiaconi Dn. Sim.  
Forselii nomina sola præfers.

num, Löffaliense Fennicum, & denique ara Navarra  
 (Narvae sine dubio) ceteraque; quorum omnium,  
 ne letheum amnem brevi transiret memoria, carmine  
 non ineleganti eodemque supremo ædis loco præfixo, in-  
 tercedere voluit JOHANNES ULVICHILLUS, per Ingermanniam  
 præpositus quondam laudatissimus. Illam tabulam, quam  
 ad nos incolorem transmisit superior ætas, ne quæ in po-  
 sterum vis effera fati perimat, quæ nostræ opellæ insera-  
 tur integra, dignam censuimus quam maxime:

Templum Ephesi numeratum inter miracula mundi

Septem, Diana struunt erat are gravi;

Quod demum exusit funesto Herostratus igne,

Posset ut bina famam perpetuare suam.

Egregii facti memorabile Centurionis (d)

In sacris nomen commemoratur, bonos.

Quod templum Domini edificaverat Israëlitus,

Primores Christo, prout retulere, Deo.

O laudabilis quanto pietatis honore,

Edificat Salomon Rex penitale Deo; (e)

O laudabilis tanto pietatis amore,

Flemmingi, edificas sacra facella DEO (f)

In Wirmâ templum tibi non satis esse videtur,

Quo vel momento Te tua rheda vehit.

Non Aboënsse satis, neque sufficie ara Navarra,

Viburgense tibi, Löffaliense neque,

Quæ Tu, Flemmingi, magno pietatis amore,

Multis expisti condecorare modis.

Holmia sit testis, Jacobo sanumque dicatum (g)

Quod

(d) Luc. 7. 1. 2. (e) I. Reg. 6: 5. (f) 2. paraleip. 3: 4.

(g) Quæ meridiem prospicit, templi Holmens. illius janua hunc

Quod tu exornasti munere multijugo.

Engens in Wirmå, Generose patrone, sagellum

Cen dixi, edificas sumtibus haud levibus.

Religionis opus si hoc non est, nescio quid sit

Religionis opus, quod pietatis opus?

Hinc, quas nulla tibi poterit delere verus es,

Laudes semper erunt, gloria semper erit.

Sape cavillatur nostrates turba papalis,

Quod male frigescant in pietate sua.

Cum contra variis ipsi sacraria, sanctis

Exultata, ardenti cum pietate solant.

Tu re mendacem turbam nunc hæc refutas,

Dum pergis Christo reddere tempia tuo.

Quod pietatis opus compensans Christus abunde,

Nestoreos annos vivere Te faciat!

Flemmingi, credas mibi, quando Tua offa redacta

In cineres fuerint ( ni prius astra petant )

Hoc penitrale Tua de religione loquitur:

Hoc pietatis opus de pietate Tua.

Iam vero vigeant, aquila ut renovata juventus,

Offa Tua, ut templum hoc creber adire queas,

Et magis atque magis pietatem extendere, donec.

Mentem, tenet famam rex in astra, rebat.

Christus Te ducat de templo ad calicem tempe-

Disensi: hic capias pro pietate TUA: ( b)

## E.

Sunt

Suverne titulum præfert Hære HENR. FLEMMING til Lehtis, Go  
senhof, Tellissa och Lais, med des lähn, Øfwerste och krig  
rad: Gru SIGRI KURSEL, Gru till Meimm, Håns, Hållonås  
och Fagernås.

( b) Rubrum ará virtutis ista sequens præfert: Carmen pa-

Sunt istæ hominum, fato multo ante suo defunctorum voces & trahibus clavis impacta marmori præconia. Verum ut ad propositum veniam. Sacellum hoc non abs s. HENRICO cognominavit, ne pietatis solertia ista, seculis melioribus neque invisa penitus, suæ inter homines nominis gloriae (*i.*) suæ inter divos receptioni præludere velle videretur; sed a pago Mietois sibi proxime adjacente, ut celebri factō suo, ignobili loco nobilitatē adjiceret. Nostrum erit illud secundum utramq; formam examinare. Qvod externam attinet: *collis*, ubi moles egregio artificio excitata est, juxta amnem, ut dixi, akastjoli, circiter spatium sesquimilliaris a templo primario, distans est. Est locus ille evidens, sua gaudens amoenitate neque vulgari. Campanisterium extra cœmiterium, aquilonem versus, trabibus & tabulatis, in formam turris surgentibus ornatum est. Inibi campani æris duo paria admodum visuntur, molis atque formæ mediocris, sed clangoris, cum pulsata fuerint, in longum resonantis, nisi tremens ventorum sævitia aut foedata imbris cœli tempesties intercipiat. Earundem, qvæ grandior est nola, munificentia vi-

ri feo

---

negyricum in Sacellum Wirmænse magnifico, nobilissimo & maxime strenuo Dn. HENRICO FLEMMINGIO Domino in Lehtis, Ekeby & Ilsenhof etc. quondam Gubernatori Narviæ & Ingermanniaæ gravissimo, jam vero S: & Regiæ Majestatis & consiliis militaribus senatori prudentissimo ac militiæ Commissario in Finlandia, domino suo gratiosissimo anno Christogonias 1643 ædificatum, JOH. ULVICHIO quondam præposito Ingermanniaæ.

(*i.*) s. Carl. s. Elisabeth badierno Romauorum AUGUSTO AUGUSTÆque potius, quam divis remotioris avi nominibus in

si felicis memoriae, ejusdemque castellani Aboensis arcis & præfecturæ, *LAVRENTII CRELITZI* liberi Baronis in *Caspariæ* ecc. & Dominæ *EBBAE MARIE FLEMMINGLE* in *Lehtis* tis hæreditariae (k) nec non libera Baronis in *Caspariæ* etc. ante annos sexaginta prope, usui isti consecrata fuit; anno videlicet octogesimo primo, superioris seculi. Minor vero liberalitate & cura ejusdem Dominæ in *Lehtis*, *Ylene*, *Garmelax*, *Ubborsfors* & *Saris*, anno orbis redenti 1674 fusa atque dono data (l) Habet hocce sacellum cœmiterium satis amplum, lignea mole, aggeris in modum circumdataum. Aditus in illa *LIBITINÆ* supremi penetralia regni undique non obscure patent, ne eorum quis se exclusum communione iuste queri possit. Occidentem unus respicit, & ceteri duo ab austro & aquilone adventantibus transitum aperiunt.

### §. XVI.

**H**ec facies loci externa est. ad delineandam internam pergimus. Chorus, qui veteribus quoque presbyterium dicebatur, egregie coloribus picto sepimento, quoque minime humili, abs laicorum sedilibus distinguitur. Ab introitu

E 2

VERO

---

isdem paulo ante consecratas naves bellicas, *TURCIS* in Hungaria victoribus preda cessisse, novella publica nos paulo ante docuerunt. adae dissertationem de *Santo OLAI* nuperissimam pag. 24. nos.

(k) Generalis H: Flemmingii sive filia sive neptis illa erat. Temporis habita ratione, posterior conjectura ad verisimilitudinem proprius accedit.

(l) Rupta hac campana, nescio quo fato paucos ante annos, positis illis prioribus exuviis, pristina erma inserviu restituta *Molmie* 1734.

vero crucifixi Salvatoris affabre exsculpta imago eminet. Tabulatum, altaris ornatui consecratum suis neque, quibus commendari meretur, vetustatis suffragiis destituitur. Pulchre enim ibi imagines sanctorum aliae atque aliae, quorum concilio, loco intermedio Salvator ipse, sed crucifixus adest, expressæ inveniuntur. Ne verò devotonis expers eruditus hospes ad penetralia sacra hæcce gradum accelerare præsumat, disticho gemino *ULVICHUS* loci sanctitatis & reverentiae eundem præmonitum voravit, in hunc modum:

*Impii HARAS* (luxus) Epicuri de grege porci

*Sedentur, Domini plus juvat ARA* pios.

*Illi porci, orci, caula eludentur in una.*

*Post vitam splendens bos manet aura poli.*

Ingens in medio chori propendet vexillum deauratum Flemmingiorum nomini atque memoriae consecratum; cui, pariter cum insigni phrygii operis, litteræ initiales H: F: til Lehtis &c. C. H. S. I. H. una cum anno 1643. cernuntur adscriptæ. ne quid de tabellis & ceteris anathematis dicam a parteribus undequaque suspensis. E eleganti insuper adyto seu sacrario, eodemque ex saxis composito instructa est sacra ædes hæcce. Ämulari voluit recentis operis hujus autor Mag. *LAURENTIUS SACKLINUS* pastor & præpositus provincialis hodie meritissimus, formam & descriptionem sacrarii ecclesiae primariæ: factumque ut parte subterranea conditorum acredinis & rigentis frigoris expers inveniat vinum eucharisticum: inveniant in contiguo crypram & loculamenta parata exuviis suis ministri fideles etiam, qui doctrina verbi pariterque exemplo gregi suo ad salutem viam monstraverint. De suggestu coloribus atque picturis variis

riis obducto, nihil est quod adjiciam. Fori, nostratis-  
bus Lechtare, recipiendo juvenum globo deputati, introi-  
tui ad occidentem, Sacelli hujus imminent. Imaginibus ex  
sacra historiā, pietati & devotioni velificantibus pulere  
ac egregie condecorati visuntur. Vides ibi *paradisum* sive  
hortum *Eden*. vides arbores variorum generum; vides *A-*  
*damum* & *Ebam*, eorumque statum ante & post lapsum;  
vides eandem marito fructum, pariterque generis hu-  
mani noxam porrigitem; vides *angelum* ceu custodem  
horti,ensem vagina nudatum in manu tenentem suā.  
Emblemata cetera, numero non pauciora, nunc non at-  
tingo. Occurrit tectum coloribus introrsum per omnia  
obductum. Prostant candelabra multiplici brachiorum  
contextu ab ipso tecto semet demittentia. Ne quid de  
fenestrarum distinctis ordinibus loqvar, qvibus a tene-  
bris & templis pontificiorum lux sacra Evangelii nostri  
temporis, non male discriminatur.

### S. XVII.

**D**E Sacello Hietamäki nobis dicendum non multum re-  
liqui fecit vetustas, qvæ cetera omnia, se qvam,  
consumit, cuique, ne qvæ supersunt nostri ævi locique  
omnia perimat, præsentem in os offam seu opellam ob-  
jicere volui. Nomen sacelli a duabus vocibus, *hietæ*  
puta & *mäki*, compositum est, non procul a littore a-  
mnis *ylösjoki* situm; unde quoq; pagus *Hietamäki* suam tra-  
hit denominationem. Qyo anno primordia sua acce-  
pit, & qvinam sint fundatores ejusdem primi, omnes  
latet, qvosunque consului. Hoc saltem constat, qvod  
ex tignis & trabibus ædificatum sit. Et qvia ignoratur  
eius origo, inter antiquiora fana oræ hujus non imme-  
rito multi sunt, qui numerare velint. Ante fundatio-  
nem

nem facelli Mietois, omniis diebus festis sacra religiose  
 inibi administrata fuere. Post exstructum facellum in  
 mietois modo nominatum, ne laboribus ecclesiae ministro-  
 rum plus justo accedere videretur, pastor & praepositus  
 loci intercessit, quo minus solito more facellum vetus  
 freqventarent. Infantes inibi baptizari, sepulcris inferri  
 vevit. Ultimus, qui invito praeposito, conditorum in  
 isto facello invenit, agricola nomine Jobannes Untila de  
 pago Hietamaki erat, qui idem facelli pridem economas fue-  
 rur. Ille cum edicto in vivis cedere detrectaret, neque  
 post mortem mutare sententiam vellent propinquvi; fa-  
 stum ut ecclesiastice incinerationis sacro, integro ca-  
 ruerit triennio. Illam funeris ignominiam, aut si dice-  
 re mavis excommunicationem (Xodten bann) cum im-  
 meritam censerent liberi & qui ceteri mortuum proxime  
 attingerent, dirimenda controversia illius ecclesiasti-  
 ce judicem primo episcopum mox PRINCIPEM civilem  
 implorarunt. Sed ancipiti eventu, seu spe frustrata ve-  
 rius. Certe catastrophen non voto plebeiorum respon-  
 disse, quæ hodie est, funesta & flebilis conditio loci lo-  
 quitur: loquuntur fastigia recti imbribus undique pervia;  
 parietum à culmine ad pavimentum usque ruinosa pu-  
 trilago, & quæ majores, supremo manium jure, clausa  
 voluere coarctata suorum, disiecto nunc aggere, pro-  
 cubili, immundis animantibus quoque inservientia. Cam-  
 panæ admodum duæ super tectum ecclesiae elevatae su-  
 persunt etiamnum, quæ quia communione juris humani  
 se semel exemerunt, neque pius usum amplius præstant  
 aliquem, res nullius propriæ & ad veritatem appositiæ di-  
 ci posse videtur. nisi dicere malit aliquid, post pro-  
 scriptiōnem adiūtū, superesse nolas istas ad significandum,  
 pristi-

pristino sacerorum fine rituque, sine piaculo neminem amplius locum istum contingere posse. (") Verbi divini verò præconum ultimus in hoc sacello peroravit sa-cellanus hodiernus Wirmæensis Dn. Gustavus Pacchalenius, die Apostol. Simonis & Judæ, anno 1731. Forum nundinarium juxa sacellum pridem, nunc vero in ipsa pagi area, freqventatur die Jacobi, quo die *entania* an vero *funeralia* ædis sacræ suæ incolæ adhuc, plebejo ritu, cele-brant.

### S. XVIII.

**S**Accellum *Carjala* a pago adjacente *Carjala* nominatur. Ipse autem pagus nominis sui originem a *Carja*, pecus, trahere videtur; seu potius a *FORNIOTERI* tertio filio *KARI*, qui Fennigæ aboriginum, eorundemque pa-storum, alterius instar *Romuli*, rex erat (m). Neque enim improbabile videtur, coloniam aliquam de regione *Carjala* (n) huc accessisse, atque ibidem sedem suam elegisse. Sacellum hoc illi, quorum intererat, primum ædificare constituerant in colle ad finem pontis pagi *Cuojoki*. quare collis idem ab illis Fennice etiamnum ho-

(\*) De illo usu nolarum conferri potest Zonaras *Annal.* Libr. II. & ex eodem Rupert. *observ. in Florum pag.* 92.

(m) Vid. Peringskioldii *Geneal. bibl. cit. in dissert. de Boreo Fennia pag.* 24.

(n) Carelia Fennis *Carjala* audit. Regio quadam vasta quoque nomine *Carja* in desertis Russia esse dicitur à Rudbeck. Att. Tom. I. pag. 363. *CARII JOVIS* templo, a Troja aissito non procul, utrum in transitu Othinus simile aliquod beic loci ex-truxerit, in memoriam migrationis sua, meum non est decer-nere.

die Kirconnummi appellatur. Sed paganos Corjalenſis  
ævi illius, tigna, qvæ heic loci collecta fuissent, clam  
abſtulisse atqve in suum agrum, suo usui ſacerorum, con-  
vertiſſe, invida fama refere. Fundationis ten̄ pus nobis  
non patet. Supra laudatus præpoſitus, Mag. LAUR. SACK-  
LINIUS in hujus facelli uſum & ornamentum, de novo hic  
qvoque annexi cutavit ex ædificariqve ex ligno ſacramen-  
to currentis ſeculi p̄tin o ſuper trigſimum: campana,  
qvæ plebem convocaret, ſabbatha nunciaret & funera  
plangeret, adiecta, eadem que centum & septem thalero-  
rum argenteorum ſumam pretio ſuo æquante. Vasa &  
qvæ cetera fuerint ornamenta facelli hujus attingere ve-  
tant angustia mea. Id adjiciendum ſaltem, qvod uno  
cum diuidio milliari à templo parochiali primario, a  
qvilonem versus, diſcretum ſit. Qvare ſingulis neque fe-  
ſtis annuis, ſed nonnullis ſaltem, quando ſacerdotibus  
commodum fuerit & neceſſitas ita juſſerit, ſacra ibi ſo-  
lennia peraguntur.

### S. XIX.

In historia ſatus ecleſiſtici Wirmiæ conceſtonanda  
diu ſatis occupati fuimus. In ceteris, qvod ſpero,  
brevioribus eſſe licebit. Inter notitium prædia, qra ſi-  
nu ſuo cor picitur parochia Wirmi, Ecclesiis atqve Leh-  
tis eminent, dignitatique non parum regioni huic  
ecclesiæqve conciliant. Qvod alterum attinet, Ecclesiis  
puta, illud jucunditate & opportunitate ſitus, elyſo &  
mulari campos, regibusqve Fennigæ vetuſis pro aula  
& palatio inſerviſſe, una cum nomine iplo (p) itemqve

Famā

---

(p.) Ut quid ſibi veit S. ybicuſ. Et ait magis quidam eua-  
gat, ex prelectionibus PRÆSIDIS ad novellas hebdomada-

fama & traditione longa vulgi, non pauciores numero  
testes alii quoque consentiunt. Consentit, saltem pro  
non improbabilis habet frater meus dilectissimus Matth.  
Hallenius, cui ex nominibus, quevis circumjecti pagi & agri

F

&amp; alia

rias, quae ad titulum Saar-Lovis annotata inveni, adnectere  
non displicebit. Ut Fästningen har endehls sitt namn af Saar  
eller Saarastromen är oemotsefteligit. Men hvidan strömo-  
men bär thet namnet, förtienar noga uppmärksamhet, helst  
utaf os, som med skächl tiltro os utur vårt gamla språk fun-  
na ledra stammen eller origin till samma ord: till bewis at  
Scybilka eller Góthiska språket om sig och sin härkomst, åf-  
wen som Goths siflwa om sine hárfráðer, uti occidenten lem-  
nat hvariehanda minnes-märcken efter sig, them aswunne i  
med sitt smink intet är capabel mehra förvända eller missty-  
va; ehuru mycket Cluverius, Prætorius, Hartknock och  
andre gjordt sig angelägit med hvariehanda stumppoge och slö-  
ge wapn vindicera contrarium. Ut latinska språket, hvil-  
ket med rätta räcknas till de tungomåhlen, som äro en gren  
af Scybilka stammen, finnas än i dag många gamle namn  
mere Gothicæ ( LUNDII Zamolxis p. 30: ) iāmwäl och länder  
och nationer, som antingen begynna eller ända sina namn på  
Saar, Seer eller Sir. Och finner man at thetta ordet i första  
tiderna, i de fleste tungomähl betyd en MÆCHÆGGB och  
SEOR, som gjordt sig hos sine underhaswande till lydne  
och ömhet berättigad [ a ] således ståmandes öfwerens med  
ther latinska ordet Cæsar eller Aesar, hvarmed de gamle He-  
rusier all tings Herre och skapare hafwa welat beteckna. Så-  
ledes är Cæsar Augusta Arragonie, då Góherne blefwo rå-  
dande ther i landet, worden nämder Saragosa. Orden Sar-  
acen, och Saarmar wilja heller intet hafwa sagt annat, än

( a ) Lexicon Verelii conferris.

& alia loca etiamnum hodie insigniuntur, de ducali sede  
ibi constituta olim, non male conjectari posse videtur.  
Facit in dissertatione de boreali **FENNINGIA** sua recensum  
ejusmodi vocum plurium, easque vix temere & omni abs-  
que

---

Sarmader en stor och myndig man. Hos os hette i fördom ti-  
ma en **LUNDWARRNAMAN** eller som then i dag näm-  
nes, **LUND** och **FÄLDEHEDRE** (vid. notam i. p. 4. bau-  
jus differt: ) Härhaar, Härseer och Härslir (confer. Loccen.  
antiquit. p. 62. & Vildes histor. pragmat. Svetb. III. 1. 6. 5. etc.)  
Nyßarna kalla än i dag sin Storförste Saar. Och hvem kan  
vara obekant at uti England och Frankrike Konungarna  
nämñas af undersåtarne med intet annat namn, än allena Sir,  
som har med Saar enahanda bemärkelse. Åhven så wid Euro-  
piska hofswet heter ju förnamsta ministren, som i friid och örs-  
log har in till stor-Sultan måst at setta, Visir: aldeles som vå-  
re gamle Götter i sine forne sagor och stenkronikor kallat them,  
som i härfärder eller eliest warit theras anförare, Visir. Och  
är samma ord än i dag hos os behållet, när vi bland flere  
antingen wilja nogon beröma, eller exprimera rempublicam  
apum och theras Konung, den vii likaledes kalla Wise eller  
visir, det som icke kan vara nogon af os obekant. Här i Fins-  
land är ordet Saar, medelst det nära sammanhöende och ges-  
menkap, som Finnar och Swenske i ålka tiderne plågat med  
hvar andre, liksom månge andre Swenske ord blifvit så  
gångse, at icke allenast månge wälbelägna hemvister, säsom  
Saar, Saris, Odinsari, Hermansari Saramaki ut. båra i  
sine namn minnesmerken af det som således sagt är; utan  
heter och Fennigia hoc nostra proprie sic dicta ( i stället för de  
andra till Storfurstendömet hörande ländre nämras på Fins-  
ka: Sawolachti, Usimaa, Tariala, Hämenmaa, Pohians-

que fundamento in re suis locis adhaesisse, sed aliorū more, significativa & eventibus aliis atq; aliis suam originem debere, omnino instat. Qvibus non sordet rerum olim hac regione gestarum indagatio, poterit conferre, quæ inibi in rem præsentem adducta inveniuntur. Catalogo nominum & vocabulorum isti, qvæ aulæ regiæ in Sagris jam olim collocatae memoriam reflicant, symbolam ex meo quantulamcunque adnectere non pigebit. Cunigas rex: Ustiala vasarium, svethice Fætebur: Eucola gallinarium: Nulli bos; utrum non structum ibi constitutumqve bovinum stabulum, ceteraque ad sustentationem aulæ necessaria exprimunt? Si pro non significativis habenda sint vocabula significativa omnia ista; si casui in acceptis referendus concursus tot terminorum in unum conspirantur, eandem sine ordine & ratione imponendorum nominum rationem alibi obtinuisse nullus dubito. Id qvod tamen exemplis non magis expediri posse puto, qvam fortuito atomorum concursu mundum coaluisse Epicure de

F 2

grege

maa, Savolaxia, Nylandia, Carelia, Tavastia, Ostrobothnia) SUDMENSAURS, Finnska Herradömet. Det som vår mening, at i hedniske tiderne här omkring Åbo varit sedes imperii Fennici, nogrlunda bestyrcker. der om man sig nyli gen omständligare utlåtet uti disserrt. de S. Henrico p. 53 varandes heller intet til twiflandes, med mindre den Tartariske nationen, som nämna sig Zeremisser af Finnska orden: Saar och mies [ här - man ] fordom fått sitt namn: så mycket likare, som efter sahlig bibliothecariens och aressoren Brenners utsago i thes bref till Biskopen D. E. Barzelius p. 107. dese hafwa hos sig månge ordsätt, theslikest och sieliswa ordet Jumala ur Finnskan behållit.

grege quisquam probare poterit. Quid si vel cetera omnia deficerent antiquæ & regalis aulae argumenta, ingenium & amoenitas ipsa plague hujus, quæ fœcunditate & voluptate prope omnem Fenniaæ regionem vincit: nemora, prata fontes, plantariaque manu facta, quæ faciem nitidissimam longe lateq; contexunt, regalis sedis honore non indignum locum, sed a natura prope destinatum muneri isti, omnia evincunt. Anno 1646 die 20 aug. hæc aula una cum Helgö ladugård in Vierno, colonisq; utriq; ditioni obnoxiiis, qui censum circiter 2491 thalerorum iunctim conficiebant, Comiti & Episcopo GUSTAVO GUSTAFSONIO, ejusq; ve, si quæ futura esset, posteritati, sub titulo comitatus Wasaburgenfis, in feudi supplementum cessit (p) Anno vero 1681, die 12 Januarii, decreto comitiorum novo, per publicum retractum patrimoniorum regni, præfectura latissime patens hæcce coronaæ iterum facta fuit vectigalis. (q) Quæ olim pulcritudo ædificiorum, quæ facies & cultus rerum omnium eodem pertinentium fuerit, ceu rem supra memoriam nostri ævi hominum positam, transimus. neque enim documenta expisci potui aliqua, unde penitior haberi potest notitia veteris formæ. Id certum est, strues ædificiorum, quæ nunc sunt, maximam partem, nostri ævi industriæ, præcipue vero illustris & generosissimi Baronis, Generalis Majoris & desultorii equitatus Chiliarchæ primarii, Dni. PETRI PHILIPPI Hennedii providentiæ deberi. cuius splendori munericis tributa publice destinataque splendida sedes ista. Quæ fortia facta

(p) de hoc feudo plura tbesi sequente.

(q) Ex manuscripto itinerario historie Svecane B: Palmisköldii banc fibi mihiq; notitiam quæsivit Mag. Matth. Haleniush, Frater conjunctissimus.

facta ediderit, memoria posteritatis dignissima *socius idemque comes* periculorum militiae CAROLINÆ, commemo-  
rare meum non patitur institutum. Consignavit vir il-  
lustris sui ævi militiæq; , in primis vero pugnæ Pultavensis,  
in quâ ad summam virtutem ipse nil reliqui fecit, trag-  
icam sed veram descriptionem ; quam ut superstes *IPSE*  
quoq; publicæ luci tradere velit, adcoqve intercedere,  
ne qvæ eandē in posterum perimat ævi invidia, pietas ipsa  
patriæ ejusq; annaliū fides eundem reverenter obtestatur.  
Id Saaris aula huic domino se debere fatetur, qvod ma-  
cilenta prope & effœta agris, ex fundo refecta frugum &  
pabuli fertilis reddita: qvin, ab incendiis non simplici vice  
devenustata quoq; ve, hujuscē cura liberali in ampliorem  
fōrmam toties restaurata fuerit.

### S. XX.

**A**B illa aula , versus meridiem , non procul in eadem  
planicie & vicinia, Lehtis equestre prædium occurrit.  
Neq; enim silvarum aut rupium inæqualitas prospectū  
oculorum turbat , sed distingvit fines saltem prati inter-  
jacentis amoënitatis una cum fluvio glasioli , cuius supra  
mentionem injecimus. qui , terminis utrinq; signatis,  
in vicinum sinum semet , multa sine ambage , mox effun-  
dit. Gratiam ac jucunditatem situs eandem huic fundo ,  
qvam modo nominato in Saaris , natura conciliavit , &  
si qvæ ad venustatem & cultum non penitus effinxisse *ile-*  
*la* videri possit , industria supplevit & perfecit. Seculum  
nondum lesqui alterum præteriit , postqvam a Tiroila , Uho  
lä , Rondawalis & Kastis allodialibus pagis in illam su-  
premam & plenariam equestris proprietatis conditionem  
( Säters ), qva hodie eminet , surrexit. ( r ) Id verò præ  
altero

---

( r ) Historiam etatis & natalium fundi hujus Camerarii pro-

altero prædio peculiare habet quod cum non nisi ligneis,  
 quamquam affabre extructis, ædificiis illud constet, lapi-  
 dum strue & contignationibus aliis super aliis hæc testa  
 in altum exsurgent, providentia & sumtibus veteris Dni.  
**HENRICI FLEMMINGII Generalis**; cuius cum svavitate men-  
 tionem ævi decora passim & ubique excitata injiciunt.  
 Profecto si fata finere voluissent proximorum temporum  
 & devotam patriæ splendori, liberalitatem pro parte  
 saltem æmulari voluisset seqvens ævum, fieri facile po-  
 tuisse credibile, ne qvod pluribus cœnaculis atque habi-  
 faculis, pulcherrimæ instar arcis, tribus turribus peraltis,  
 variisq; fenestrarum aperturis elegantissime ædificatum  
 fuit palatium, debisceret & hodie ruinam prope mini-  
 tari velle videatur. Præter illud splendidioris formæ æ-  
 dificium, speciosum aliud, qvamvis non ejusdem ampli-  
 tudinis atque figuræ, exstructum est nuperrime cura &  
 providentia *Iudicis provincialis* generosissimi viri, domini  
**CAROLI LILLIENSTIERNII**, qui minorenium *Lybeckeriana*  
 gentis Dominorum tutorem fidelem & diligentem hoc  
 tempore agit. cuius si arbitrii moliminiq; res sit cetera  
 qvoq; rata præstare vota, pro eo, qvo in illustrandam Fin-  
 landiam consilio atque ratione propendet, ad efficiendum  
 illud, qvod interest, viam facile inveniet.

### § XXI.

**V**erum enim vero, ut ad *velitares Birmoæ* meæ cam-  
 pos iterum iterumque revertar. animadverti-  
 mus haud sine caussa, singulari parochiæ hujus commo-  
 ditate

---

*vincialis*, ampliss. viri Dn. Joh. Henr. Svahns benevolentie de-  
 beo. Qui sicut vicissitudines alias de cetero quoque ville equestris  
 bujus mibi communicare non grave duxit, ita facilitati illius bane  
 gratiam publice exsolvere quoque, officii mei erit quam maxime.

ditate & loci amoenitate non incolas ipsos ante modo: verum etiam imperatorem exercitus Moscovitici, **MICHAELM GALIZIUM** haud ita pridem impense delectatum fuisse, cum equitatui suo parochiam Wirmå castrorum locum esse voluit. Nam tempore integro illo, quo contagio belli corriperet Fenniam, hosticam turbam prata, agros, silvas, & omnia depascentem, penes se justo diutius stabulari viderunt cives, quemadmodum in antecedentibus plus simplici vici monuimus. Quæ vero tempore illo adversa puerulus affligere vidi patriam meam, alta mente reposta etiamnum hærent. Anno namque 1713 die S: Andreae CAROLÆ ALEX: ANISCHOV equestris exercitus Major & Capitanus Cossacorum ALEXANDER STEPH. CALMICHOU ex Ostrobotnia primi in hanc plagam universalia principis sui victoris secum afferentes, cum suis cohortibus hec loci hiberna sumserunt, & in curia sacerdotali ad tempus ipsi simul hospitati sunt. Illo vero edito celestinate, in pagis & villis a decuriis equitum peditumque, imo Cossacorum mala turba factus undique concursus; tanto majori agmine, quanto non eqvorum hominumq; pastui solum castrorumque metationi, ne ex insidiis opprimi facile possent; sed & venationibus regio campestris, eademque nemoribus & silvis intermixtis opportuna admodum visa fuit. **GALIZINIUS** certe dux supremus copiarum, cum suis sub-præfectis huc venatum ab urbe crebro deflexit. Ad voluptatem illecebræ & oblectamenta remissionum illa comparata fuere omnia: Ipsi autem civibus oneri erant afflictionique. Ceterumque habeo, quod *rex* novem annorum isti penitus succubuisset, quaque patet Finlandia universa, nisi grassanti violentiæ militari sufflamen injecisset Ducis ipsius **GALIZINII** moder-

deratio, æqvitas & hoste omni major clementia, (\*)

§. XXII.

**I**N desertis, aut si mavis, admodum non exultis paroe-  
ciæ hujus *MONTES* visuntur summæ altitudinis. Ceteros  
inter eminet collis *Linnaruori*, qui latinis tantundem va-  
let ac mons arcis. *Calendarium* dixeris vicinæ hujus: sed  
ab effectu. ex eo enim, si serenus appareat, præfagiunt  
gratam: si nubilus sit, tempestatem humidam & uliginosam.  
Hujus apice in ipso, quemadmodum alibi quoque  
juxta pagum *Mielismäki*, strues (s) ligneæ quædam o-  
lim, in modum ædium, quibus resonare ruri solet as  
campanum, exstructæ fuerunt, prospectui, si quæ hosti-  
litas e longinqvo immineret. Mons *Jutinruori*, pagum  
inter *Valeolais* & *Kammistå* assurgens, non ob magnitudi-  
nem adeo, quam magis nomen suum memorabilis. De-  
ducit ille nomenclationē a *Danis*, qui sèpius Fenniam  
nostram infestare, suisque copiis eandem inundando occu-  
pare voluisse olim existimantur. (t) Eosdem sub prædio

*Gaaris*

(\*) Virtutes heroicas, quibus domi militiæque enituit **VIR**  
**ILLUSTRIS**, si tantum domi, quantum foris valent, cives ipsi  
prædicabunt. Quomodo, cum victoria conditione Fenni occidisse-  
mus, Principis hujus, ut ut hostis, clementia judicio conservati  
semus, gens nostra grati animi signis nullis non agnoscat, posteri-  
tatisq; si quæ futura est, fastorum libri laudibus, pro merito, ce-  
lebrabunt.

(s) hujusmodi strues *Kasar*, wård *kasar* Svethicè vocane:  
Fennice itidem *Casa* audiunt, unde horum vocabulorum affini-  
tas patet. pluribus super bac re nos instruerunt dissertat. de Anga-  
ris, Upsiloniæ priaem & Aboæ nuper habite.

(t) Danorum aut si mavis futorum bisce locis commora-

Saaris & Lehtis navibus egressos, loco intermedio, acie instructa cum *Fennis* conflixisse, constans fama est: unde rivus qvidam in eodem prato hodie quoque *Juutin* sīa h: e: Danorum rivus insignitur. Hinc ad nominati mon-tis radices Danos se recepisse, & in campo *Huolinsälkä*, acie iterum instructa prælium renovasse, indig narum ne-mo est, qui fari nesciat; immo confecto parum prospere a nostris prælio, Danos nostræ gentis idiorate, virgines genere & nobilitate commendatissimas *Zammistäenlis* vi-ciniæ, palantes ex fuga domum revocasse: *Maisa*, *Cais-sa*, tule *cotia*, to *Jumala* *Jutin* wei; *Pyhä hengi* *pyhyn* michet; hoc est, *Maria*, *Catharina* venie domum, Deus jam *Danos*, & *Spiritus Sanctus* bombardas bajulantes depulit. Huic traditioni, quantum veri subfit, non ego dixerim. In illo-rum, gratiam qui fabulosissime narrata pro oraculis ha-bent, relata refero. Interim si ex circumstantiis aliis at-que aliis non ligvidum satis esset a monachis inventam, saltem interpolatam & corruptam hanc traditionem, di-cerem hoc loco controyersiam de finibus, quam Finno-rum Regi *GRAMUM* Danicum movisse ex *Saxone*, *Cranius* auctor est, olim fuisse depugnatam. dum *Gramus*, visa filia Regis Finnorum in suo gynæco, adeo amore perculsus dicitur, ut si connubio potiretur regis filiæ, nullam de-finibus litem amplius patri moturum semet, data dextra sposponderit. (\*) Est illa de *Zammistäensibus Danis* at-

G

que

sionem pristinam, quamvis non a modoum gratam argue felicem, teqvuntar insuper nomina *Juutin* cangæ colis Danorum, ab a-gro *Tursanpåra* non procul remotus: *Juutin Låhyde* fons Dano-rum, *Juutin* haudat sepulchra Danorum, non uno in loco lapidum congerie norata; & ab iisdem non longe remotum pratum woiten sicutu vittoria campus ut cetera taceam.

(\*) vid. *Chronicon Finlandie* edit. Nettekblad. p. 110. Biblioth.

que Fennis nostra conjectura; quam si rejecerint alii feliciores conjectores, & OLAI CRASSI regis (t) Ottonis Ruthii (u) aut aliorum ejusdem generis argonautarum (v) in hasce Finlandiae oras excursiones piraticas locum potius dedisse traditioni huic, urgere non desinant, nos non morose repugnantes invenient. In montis VAREGORI M Marcain muori penetralibus speluncæ in modum subcavis, latrones & alii vicitantes alienis spoliis, olim lustra habuisse suaduntur. Stadio abhinc distat tempe, seu ancena nemorum vireta in planitie, circi instar desinentia. Killan-feto ab incolis nuncupatur locus iste. Svetice heden dants. Ibi ludis suis vacabant majores (x) ætate robustiores (le-rie juvenibus & teneris immistâ puellis) præparaturi membra sua ad munia & ministeria militaria diebus festis: cursu puta, saltu, pilâ; imo super petaurum quoq; sursum

S. Goth. itemq; Dieter. Histor. Aug. Sax. Imper. XIII. pag. 39.

(t) Sturlesonius vita S. Olai cap. 8.

(u) de isto iniquitatis filio Justenum in Chron. episc. Aboens. vide pag. 80. edit. Nettelblad:

(v) A piratis & Danis, aliis atq; aliis temporibus afflictionem multam passam fuisse ecclesiam Fennicam & toties strenuos fortis-que viros in patriæ defensionem iisdem opposuisse, in chronico suo Justenus passim, præcipue 71. 81. & 86. pagg. testis est. Illi junge Hemming: Gaddii in Danos invectivam & Stephanium in notis ad Saxonem G. pag. 71. & videbis Danos non negare factum, quin iisdem antiquitus in more possum fuisse potius in terras circumquaque expeditiones piraticas suscipere.

(x) Eadem usui lucus a Tursunpârâ pago non procul remotus Cauninummi olim consecratus fuit, quippe in quem Nousenses eum finitimiis Wermâensiis convenire solebant, ex seriis operum, iudicra Isthmia sua celebratur.

sum & deorsum inibi semet agitare soliti fuere; de qvib⁹ modis conciliandi sibi augendi qve lacertorum robur, septentrionalium gentium, *OLAIUS MAGNUS* (y) & in *SAXONEM GRAMMATICUM STEPHANIUS* consuli merentur. Circa antiquatam hoc tempore viam publicam per pagum Haca ad Vlānā ducentem, est mons nomine Flemmingin Pohťā, mensa Flemmingiana: ubi illustrissimum illum Dominum, qvoties a Lehtis ad Vlānā prædium iter faceret, cum famulis & ceteris sociis itineris concedisse non nihil, cibum cepisse, suasqve vires pariter atque iumentorum refocillasse fertur. Latus atqve planus est mons ille, graminum & virgultorum amoenitate pulcher, in cujus apice, cum termini inter parochias finitimas constituerenter, mensam eandem ex lapidibus lævigatis Flemmingium erexisse, vulgus fari non nescit, & circum circa duodecim sellas lapideas ad moveri jussisse: ubi duodecim assestores sedentes de finibus deinde sententiam tulerunt. Mensa cum sedibus suis etiamnum situm atque formam eandem servat; & qvam diu prioris ævi memoriam istam non petulantia disjecerit, *FLEMMINGII* nomen & merita refræcabunt illa qvoqve perpetuo. Alter ibidem mons appellatur mundtein rita, spelunca monachorum, ubi duo monachi ad duellum invicem semet excivisse (z) mortem qve pro aris suis focisqve strenue occupuisse feruntur. In eorum heroicæ pietatis memoriam

G 2

depug'

(y) vid. lib. XV. pag. 34°.

(z) De clericis veteris ecclesiæ duello semet mutuo percutientibus sub peculiari ritu in decretalibus constitutum invenitur. Qvam vero cum disciplina morum apostolica ejusmodi mores, &amp; decreta sedis apostolice ægre convenient, Fechtius offendit pie &amp; egregie in dissertatione de clericis percussore.

d. pugnatæque æqvâ conditione victoriae, monumentum in  
 figuram crucis efformatū & inibi erectum etiamnum con-  
 spicitur. Juxta montem Isomäenwuori, templum deo-  
 rum sylvestrium, Fennonibus Höflein kirkö, vulgus col-  
 ligit exinde olim extitisse, qvod lapidum moles ordine &  
 serie, qva vulgo solent sacrarum ædium strues, inibi e-  
 tiamnum dispositæ inveniantur. Montes ceteros minus  
 notos celebratosqve transeo. Id nullo prætereundum  
 merito, qvod non uno loco, sed excelsis ecclesiæ hujus  
 aliis atqve aliis, mensæ lapideæ, duodecim circum cir-  
 ea sedilibus saxeis instructæ conspiciantur. Præcipue ve-  
 rò ad pagum Parsila in monte Tunings Calmar ( regia  
 Calmaria rupes ) itemqve à via publicâ, qvæ ad paro-  
 chiam Lætala dirigitur, non procul, ejus generis pri-  
 sci ævi anathemata ad nostram ætatem vetustas superesse  
 voluit. Qvorum etiam referri potest in colle Punanum  
 congesta in eandem formam ingens saxorum moles. Ho-  
 rum locorum alter, utrum majoribus paganis pro con-  
 sessu judiciali servierit: alter autem adversus hostilitatis  
 fortuita receptum præstiterit, qvi ab his studiis parati-  
 orès sunt, me melius judicabunt. (\*) De Comitiis in Sve-  
 thiâ populorum provincialibus ( Hundaris ting ) nec non  
 castellis ejusdem generis inibi passim excitatis, historiæ Sve-  
 thicæ scriptores, præsertim LOCENIUS in antiquitatibus  
 videri potest. Qvo cum conferri meretur summi viri  
 JOHANNIS REFTELII acad: & facult. Juridicæ apud Up-  
 salientes hodie senioris erudita dissertatio de Judiciis Sveo-  
 Gotborum ( a )

§. XXIII.

(\*) Confer. dissertat. de Originibus prisciæ gentis Vare-  
 gorum, pag. 45.

(a) testem borum Wirmæ mea memorabilium, præter expre-

## §. XXIII.

**N**on condecoranda *superficie* regionis hujus, non unius generis utilitatibus amoenitatibusque naturam prope ludibundam exercuisse liberalitatem suam, multis sub exemplis jam ante probavimus. Artificio & opere mirabili eodem conatricem universi *MENTEM* in illis subterraneis officinis quoque operari, inter alia phænomena naturæ, notatu dignissimus fons *Kursenpårdensis* testis est: tempore alio, copiâ aquarum solito majore ebulliens; alio iterum penitus inarescens. Est ille fons à via regia non procul, in sabulosa planicie situs, marisque fluxum atque refluxum æmulari velle videtur. sed mira inconstantiâ. Neque enim statim annorum, mensium aut horarum intervallis redit atque recedit, sed dimidio anno modo, interdum breviori tempore fluit aut exsiccatur. De *Fontibus* fabulosa multa, una cum superstitione, commiscuisse monachos, nemini ignotum esse potest. Mihi fontis hujus indeolem prescripturo, ne vitium nimiae credulitatis jure qvis obvertere possit, oculis & experientiae diffidens propriæ, gravissimi viri *Andrea Monsenii* (conf. p. 9.) fidem mihi testem vademque provocavi, qui indeolem istam fontis multis retro annis à se observatam, per litteras ad me significavit: imo in cry-

ptis

---

rientiam ipsam, veteris traditionibus non raro quoque innixam, appello Dn. Jacob Leistenium & Dn. Laur. Laurinum; alterum in Mietois: alterum in Ostrobotnia hodie V. D. ministrum, quorum ille in exscribendis ecclesiæ suæ memorabilibus, sedulam mibi accuratamq; operam præstítit: hic autem fido narratu suo in antiquitates basee penitus inquirendi non levem stimulum mibi, occasionemque subministravit.

pris Satacundiae Cumāensis aulæ ejusdem generis fontem  
existere ait, qvi reciprocatione mutuâ aquarum, cum noster  
se abscondit, iste superficiem alvei sui inundet: rursum  
cum decrescat ille, Wirmāensis noster exiliens aream  
suam rigare & perfundere incipiat. Id vero plebs jis a-  
liisque observatum adit, qvod cum solito diutius noster  
subducat regioni fluxum suum, sterilitatem rerum: qvō  
vero copiosiore & diurniore fluxu penes nos se evol-  
vat, annonæ copiam majorem ubertatemque portendat.  
Cumā vero, qvamvis ludo eodem, contrario motu effe-  
stuqve tamen omnia ista peragi, literæ pastoris Cumā-  
ensem clarissimi viri Dn. NICOL. S. TOLPO, præsidem  
dissertationis docuerunt nuperrimè (b). Istud magnæ  
matris ludibrium subterraneum certæ annorum, humi-  
ditaris aut siccitatis suæ intuitu, constitutioni unicè, an  
vero cavernarum canariumque, sub terrâ diversæ stru-  
cturæ, capacitati, & per eandem fluxui & refluxui ex-  
undantis aut deficientis aquæ juxta tribuendum sit, na-  
turæ consultis excutiendum relinqvo. Conferri meretur  
illustre vir D. D. HIERNE de fontibus esurientibus (hun-  
gerkållor (c) itemque dissertationis de territorio cupri-  
mentano auctor (d) qvi fontes in Dalecarlia ejusdem

indot-

(b) Källan, inquit ille, som berättas hafta gemenskap med  
den i Wirmå vid landsvägen belägen, är i Cumå gårda kig-  
lare till finnandes, hvilken torckas misa tifder ut, tå matn öf-  
verflödar i Wirmå, och hålls för teckn af misväxt, nä-  
tillne i Cumå gård mycket öfverflöder.

(c) anledning till malm och bergarters igen- sekande. p. 38.  
etc.

(d) pag. 62.

indolis, sub nomine wåderkiällor inveniri quoque, exemplis probat.

### S. XXIV.

**Q**uae præcipue humani instituti memorabilia ad hanc nostram ecclesiam pertineant, restat per transennam inspiciamus. Anno MDCXLVI. principis regnantis CHRISTINÆ REG. auspicio, una cum parochiis, Vehmæ Mykyrdia, Lætala, Nousis, Lemæ, & ceteris simul cum Neostadio, COMITIS GUSTAVI GUSTAFSONII<sup>(\*)</sup> ( de quo instituto ante nonnulla ditioni, sub comitatus ( Grefostap ) jure atque honore subjecta fuit. ne de BENEDICTI ducis, BIRGERI Garls filii jure feudali pristino, itemque recentioris ævi JOHANNIS III. regis, per universam Finlandiam constituto , quid dicam. Data vero facultas comiti tum quoque fuit, intra fines ditionis suæ,

ubi

(\*) Ab anno 1634 ad finem usque belli Germanici, integræ quatuordecim annis hic illustris Svethiæ COMES princeps IMPERII & episcopus Osnabrugensis fuit. Adolescentia limitata in ipso cum G. A. R. S. orthodoxe sospitator Germaniae, memorabilem adversus Ligistas viatoriam Lipsensem primam de pugnasset, panegyricum PARENTI filius idem ex cathedra Lutheri peroravit, Augusto Buchnero teste, cuius ad orationem invitatio legitur in illius dissertatione academicis. Fuit illud juvenilis, sed eruditæ virtutis tirocinium. Bellicæ virtutis experimentum in campo Saaris aula subiecto dedisse, inibique cum duce veterano, in præal utriusque consilio, finium regundorum controversiam, ueterum more beroum Scandiae Germaniaeque, armis virisque disceptasse, pervulgata ore omnium fama est: sed cui vanitatis & plebeji livoris plurimum: veritas ex solido vero minimum inesse crediderim.

ubi locum idoneum inveniret, curiam sibi pariterque castellum extruendi, quod WASABURGUM nominaret; unde ille posteritasque ejus titulum deinde *comitis* gererent atque usurparent. Wirmā autem cum dictis parochiis, ante fundationem Neostadii, pridem liberā navigatione utebatur, &, quo hodie oppidani, eodem jure quoque parochiani vasa lignea atque ceteras merces ad exteriores oras, omniaque hujus regni maritima oppida, omni sine æmulatione vicinorum, transportare potuerunt. Exercuerunt olim quoque mercaturam inter se in vicem rustici nostri, ut & vicinæ parochiæ, singulis diebus saturni, idq; ad pagum Mānnās, parochiæ Nykørsfia; ea quæ nundinatio multum rei familiaris eorum incrementi adjectit. Quare, præter ordinarium ex fundo tributum, novum ex mercatura publicè cuilibet irrogatum fuit; ita ut ex certis atque incertis annuatim, secundum codicem rationum, aut si mavis institutionum (quem undervisningsbok appellant) octo thaleros argenteos integri & justi prædii (helt mantahl) colonus quisque solveret. Tempus illud optimum fuit felicissimumque rei agrariæ cultoribus. quippe illo durante, nullis belli turbis occia pacis violata fuere. Carebat regio omni annonæ caritate; factumque ut cantharus cerevisiæ ab exteris, puta Røschojø adiectæ (Eystebhl) illo tempore solido argenteo venderetur: tonna ejusdem generis, sex marcis; tonna frumenti ejusdem valoris ac æstimationis esset atque salis medimus. (e) Neostadio vero anno MDCXVII. die 16. aprilis fundato, & nescio cuinam divisorum dedicato, parochiæ hæ cædem, amissis suis privilegiis

---

(e) ut restatur Gabriel Lepus in oratione sua de Neostadio.

57

legiis atque imunitatibus, iisdemq; in novi oppidi colenos derivatis, imminui lensim & parte majore sui, ad pristinæ conditionis tenuitatem redire coeperunt. Hujuscæ status & mutationis apud Principem facto indicio; itemque quomodo nova urbs vix tertiam onerum atque tributorum partem, neque portoria, nautas, accisa, aut qui pro focis exsolvi census iverit (Svet. *Wasungspenningar*) in ærarium publicum conferre potens esset: certe tantum non præstare, quantum damno responderet illi, quod per attritionem rei familiaris trium in vicinia parochiarum paulo ante perpeti necessum habuisset: prope eo deuentum fuit, ut *REGIA MAJESTAS* oppidum cum colonis evertisset. Sed cum illud neque placeret consilium, civibus meis, quæstui ex mercatu devotis & supplicantibus, in vicem supplementi, tergemina nundinarū festivitas per annum constituta fuit. Videbantur felices sibi parochiales hac indulgētiâ *PRINCIPIS* impetrata. Sed non diu fuit antequam superioris seculi anno 23. die 23. Septemb. illustris vir *CAROLUS* Drenstierna arcis & procul duudio satrapia Aboënsis extra ordinem præfectus geminum nundinarum diem (illos scilicet, qui tempore *S. Laurentii* & purificationis *MARIE Virginis* in Wirmå celebrari coepérant) ad mandatum regium *Neostadum* transferret. Diploma translationis in majorem fidem auctoritatemque obsignavit non nemo *Johannes Olofsonius*, sive dubio secretarius tunc temporis provincialis. Verum cum esset dies *S. Laurentii* festum encæniorum (lyrkiomesa) loci genio ejusque quæstui (f) hilaritatique (g) inde a secu-

H

lis

(f) Videlicet non capellæ, neque arae, nedum parochiales ecclesiæ erant aliqua, in quarum gratiam non lucrosæ indulgentiarum

lis papisticis dicatum, ut quem *majores* ista luce hausissent lucri syavem odorem, nostri ævi parochiani quoque persentiserent, ad instantiam horum, novâ PRINCIPIS indulgentiâ, iterato factum fuit. Quando vero & quibus modis iterum pristini privilegii sui compotes facti sint, mihi non patet. Certe, ne sine piaculo in posterum prætermitteretur unquam solennitas ista, aut suo justo tempore non celebraretur, anniversariis fastorum libris (almanach) ubi honotato inter urbes loco, Wirmåa emi-

---

nundinatio iſtis feriis, exercebatur. iaqve per Episcopi (adeo non ſepe pontificis) quæſtores, qui ventosas merces iſtas plerumq; XL. dierum, ubiunque confluxus hominum eſſet aliquis, venum expo-nebant & cœcæ obedientia eorum obtrudebant. Iſto vero impetrato ſtricti juris laxamento ſacro, commiſſationibus & saltationibus, imo rerum aiversiſſimarum mercatibus, cum hilaritas promiſſimos emtores reddat, non olim magis quam hodie celebrari ſolere festum iſtud, Bœhmerus in Juris prudentia ſua ecclæſiaſti-ca, ſub exemplis & morib; diverſarum gentium fugiendis magis quam ſequendis, accurate demonſtrat.

(g) Sicut rex Salomo poſt peracta encænia, proceres & col-lectam multitudinem lauto epulo exceperit, 1. Reg. VIII. Judas quoque Macchabæus anno encæniorum festo condito, ſumtuosum ac ſplendidum epulum populo exhibuit, teste Iolepho: Ita Chriſtianis quoque in more poſitum, ut in suis encæniis, ubi ſacri-ficia labiorum, laudum arque precum Deo immolaffent, vancra-tice & hilariter viverent, & ſolenni epulo diem festum illum ho-norarent. Hildebrandus de ſacris publicis pag. 68. Tanto vero hominum concuruſu ecclæſie natales iſti ratiſſim celebrari ſolent, ut Domini natales, quibus ipſi initiati & ab immunda nativitate ſanctificati ſamus, majore frequentia vix celebrari poſſint.

eminet, cautum atque prospectum est. Ad illa vero Wirmænsium nundinalia sacra (b) convenient mercatores Aboenses; præcipue vero Gratæ Wallenses, Raumæn-ses, ceterique civitatenses, merces venditum suas. Commercia ista certe non sunt spernenda, præsertim cum maritimo itinere etiam procul dissiti nullo negotio ad-

G 2

esse

(b) Nuninas festos dies olim respexisse, inque illos incidisse, more omnibus fere gentibus communi, nemo non noverit. Judeos non abhorruisse ab isto instituto, puta nundinis sabbathicis, historia Evangelica testis est Luc. 19. 45. &c. conf. Nebem. XIII. 15. seq. Festis encænorum in papatu olim, etiam bodie nostris ecclesiis nundinas celebrari; indeq; apud Germanos missas (messen) bodie appellari, omnium in confessu est. Quæ vero Wirmæ solennia in illo festo hodie obvenire soleant, cum nemo melius exprimat, quam descriptionis Copingæ clariss. autor, paullulum immutata verba illius in rem nostram transcribere non pidgebit: *S*i Wirmå är af gamla karsmässa (Kynoderstmässa) föga mehra i behåll än marchnaden, hvilkens bulle af Kippmanswahror, plåtar och annan penningeråtning klingar nu fast bättre uti folksens öron, än den fördom länge och widstekellige Påskwemåsan, med des siungande, strikande, nitande, bukande, nigande, blundande och lykande &c. Quomodo saltationibus & commissationibus aliis locis celebrari soleant anniversaria nundinalia ista BOEHMER juris. ecclesiast. III. 40. 55. conferri meretur. De nundinis vero glacialibus FENNORUM, mercibusque mutuo & bilateraliter conensu (verba sunt OLAVI MAGNI) in illis itidem distracti permutterique solitis, parte alterâ, V. D. cum de pilicationibus gentis nostræ agendum venit, dabitur opportunior differendi locus.

esse possint. Habent littoralium partium indigenæ sal, arengas, & alia piscium genera varia, qvæ ab ipsis venum exponuntur. Qui ex mediterraneis in hunc eundem locum confluere solent, lini, frumenti, lupuli, picis & præsertim cannabis atq; viminis, qvibus conficiuntur corbes & funes piscatorii, magnam vim apportare solent. Ad nundinas hyemales ex omnibus Fennoniæ oris nobiles non pauci, civitatenses, præcipue verò coloni *Sacundenses* & *Tavastenses* convenire solent, qui ut dictum est, in ceteris magnam copiam frumenti, hordei, pisanæ, fabarum atq; pisorum huc advehunt & pro pīscibus salitis modo mutant, modo etiam ære dividunt. Tendunt huc qvoque *Sawolarenles* eodem tempore nonnunquam, qui sebum, butyrum, lucios sole duratos, a liqvando etiam pelles lynceas, ursinas, lupinasqve & id genus alia apportant; qvibus Fenningia feris certe, si qvæ alia terra, non destituitur. commodo an verò noxæ majori suæ, non facile dixerim. Veniunt etiam nonnunquam *Botnienses* pelles castoreas, alcium, atq; Rhenorum (i) de qvibus *JULIUS CÆSAR* etiam in suis commentariis, memorabilia nonnulla prodit) venum secum habentes. Ne quid de *Biörneburgensis* dicam, qui salmones & haleces venditum huc qvoque veniunt. Et hæc sunt rerum commercialium nomina, qvibus patria pollet, vitamq; cum aliis civilem colit atq; socialem. Floret proinde mercatura in *Wirmå*: emunt omnes qvot qvot circum habitant, quantum necessarium fuerit.

## §. XXV.

---

(i) Videſis D. Juslenii *Fennorum vindicias* edit: Nettelbl. pag. 127. confer. de *Varegorum pīscā gente* differe. Abgenſ. pag. 31. not.

## §. XXV.

**H**actenus de vita' genere, navigatione videlicet, quam ad nundinationem qvæstumqve suum traduxere maiores nostri. Qyas vicissitudines acqvirendi modus ille subierit; qvibus rationibus aliis atqve aliis lacunæ rei familiaris eorum prospectum fu'rit, qvoqve exposuimus. Qyæ sit hodie ratio commerciorum maritimorum, verbo dicendum. Habent Wirmåenses maritimi jus sibi concessum adnavigandi, non exteros amplius, qvali jam Neo-stadienses hodie soli fruuntur: attamen littora & portus intra Svetiam sitos tantum non omnes. Neqve necessariis, isti consilio provehendo destituuntur privilegiis. Tribulibus suis a mari remotioribus, ad instar civium Aboensium, in mercibus sive animatis sive inanimatis Holmiam transmittendis usui sunt. Et ex nostris, qui maris incommoda nauseabundi tolerare nequeunt, peritis navarchis res suas distrahendas committunt; rei agrariae suæ & absentium socrorum interea pro virili curam habentes rationemq;. Ceteri, qvibus sors denegavit navigationis majoribus longinqvam exercere navigationem, biremibus lembis merces suas qvaqva versum transmittere, easdemqve emtioni modo, modo permutationi venum exponere solent. Qyot commoliti frumenti tonnas, qvantam pecorum & armentorum vim, butyri & sebi libras? qvantum textilium operum? qyot numero caligas, aut si mavis tibialia, ut cetera taceam, Holmiam qyotannis comportent Wirmåenses, non vani neqve fallaces testes sunt ibidem vectigalium rationaria. De opificibus ad plebejum vita' usum necessariis qvid dicam, ne commercantium terrâ mariqve coloniam modo, cum suis tabernis

nis Te Wirmæ deprehendisse dicas? Sunt illi in præfectura & parochiâ hacce, varii generis, qvi conficiendo vasâ & instrumenta alia atqve alia, usui & indigentiaz civium parochianorum, necessitatibus ipsi suis non segniter neqve male consulunt. Et licet ejus non sim audaciæ, ut parochiam Wirmâ ejusque dexteritatem incolarum, mercimoniiorumqve, cum urbibus conferre sustineam; Id tamen dixerim ad frugalem naturæ & conditioni eorum convenientem vitam transigendam, prope nihil ipsis a *SUMMO rerum OPIFICE* denegatum esse.

### S. XXVI.

**N**E verò in maris pariterqve continentis sulcando solo, mercimoniis ultro citrōqve vehendis distrahen-disqve, aut in sordidis artificiis industriam Wirmâensi-um omnem penitus versari qyis existimet, *manufacturarum* culturam, qvæ vel sola imperiorum non paucorum statutum ad opes & potentiam provexit, penes se qvoqve sovisse deprehendo; & foverent hodie qvoqve, procul dubio, si qvæ, durante bello, operum mechanico-rum suorum damna fecere, alii, qvi bene constitutas fundatasqve opes habent, restaurare aggrederentur. Tor-rentibus aquis, iisdemqve a ponto non procul distitis, nec non silvestri, quantum sat est, materiâ naturam ipsam invitare ad culturam horum commerciorum, jam ante dictum. Ast qvod ad justum usum vocare neqveant munera ista, viribus exhaustis & movendæ tantæ rei impa-ribus, non indoli ergastulariæ civiun, eorumve segni-tie tribu ndum est. Nostrum non patitur institutum exemplis assertum ire, qyam sint cives mei agiles & ad agendum per se omnia, dispositi & expediti. Testatur practicam agendi dexteritatem eorum *fabricæ* aliis atqve alijs

aliis locis institutæ naupegiae provehendæ. Cujus rei & per-  
petiæ eorum n̄avis expansa velis pro insigni gentis usurpa-  
ta, testis est: Fennisqve in genere omnibus competere,  
*OLAIUS MAGNUS* neqve dissimulat, cum præter piscatu-  
ram & agriculturam, lignorum & tabularum dolatu-  
ram ipsos præcipue exercere ait. (a) In cataractis Alago-  
jodi amnis Carhula pagō vicinis, cupri cūdendi & in va-  
rios usus præparandi officinam, sub nomine Cotelan ham-  
marsmibia, ante plus minus annos qvinqaginta, instau-  
ratam fuisse, ex codice rationum publicarum me fecit  
certiorem vir spectatiss. *Dn. And. Monseen* antea sæpe lau-  
datus. Præter illud manufacturæ genus pannificium (Klå-  
des Factorie) in villa Caivola, patrum memoriâ florui-  
sse *Mathias Gabrielides* fundi industrius hodie cultor te-  
stis est, qvi instrumentum dentatum, aut si mavis tra-  
mæ radium (Wåffsied, Caiide) fabri ferrarii uxorem in  
Neuwois etiam hodie possidere, pro certo mihi affirmar-  
vit. cum quo *Petrus Vihsfelt* tympanista vir integerrimæ  
fidei & *Daniel Jobansonius* cultor agelli Lujalensis octogenar-  
rio major, consentiunt. Horū ultimo loco nominatus ful-  
loniam officinam, una cum pistillis præferratis (Stamp;  
Stampqwarn) se vidisse & cum fundum arare eundem  
primum inciperet, domum, aut si mavis officinam ipsam  
in usum villæ rusticum lemet reformasse sancte testa-  
tus est.

### § XXVII.

**E**X ista multiplici varietate cum naturalium, tum quo-  
que industrialium bonorum, queis solum ipsum tra-  
ctumque hunc instruxit divina providentia, licet de *in-  
genio* incolarum & ad illud excolendum habitudine eo-  
rum, proclive sic subsumere: Interim cum accidere so-  
lcat

leat in aliis atque aliis gentibus, ut quæ in rustico aut alio quocunque opere non male collocatur industria, eadem in altioribus studiis, ut puta literarum & ceterorum rerum, deficiat & languescat; quam hujus generis satu quoque, puta ingeniorum, togâ sagaque illustrium, olim & hodie efflorescat patria mea, in fine demum, verum non nisi per transennam contemplabimur. initium facturi ab illis, quorum ad rem publicam pace belloque servandam excelsa animi indoles vel præcipue directa fuit. Qvos sacrorum & rei literariae proceres alma parentis sit enixa, deinceps visuri sumus. **FLEMMINGIANAM** gentem maximorum nomine meritorum, etiam adversorum, quæ pro Fenniis & una cum illis sustinuere, nostra natio a multis retro annis suam facit (a) sed peculiari & ut ita dicam, jure proprietatis, Wirmâa. In hac enim quanto luculentiora, quam alibi, memoriae pietatisqvè decora statuit gens incluta, tanto de illa quoqvè certius præsumimus, quod generosæ stirpis illius perpetuum quasi quoddam seminarium olim magis quam hodie, extiterit. Versantur in ore omnium merita, quam quæ deleri queant, illustriora, quibus universam civitatem singuli sibi obstrinxere. Celebrantur a-

lii

(a) Consenit in descriptione Svetiaæ M. Gyldenstolpe lib. VIII. Cap. 9. ubi dicitur familia ante annos plus minus trecentos ex Pomeraniâ hic translata. quæ equites auratos, legiferos & castellanos FENNINGIÆ multos dedit. Verum illo negre tempore, puta ERICI Pomer. R. Flemmingianum nomen in Scandiâ primum innotuit. Flandriam nostræ gentis scripte vetustis multo ante Flemmingeland dictam fuisse, vide Sturhonidem edit. Peringsk. II. pag. 158.

lii ob instauratam patriæ felicitatem per prudentem œconomiam. (b) HENRICUM FLEMMINGIUM seniorem, quem eum posteris & nepotibus Wirmāa vivum mortuumque pro suo agnoscit, bellorum auspiciis atque triumphis, immortalitati famam consecravisse suam, ex iis, quæ S. X. jam ante dicta sunt, non obscure patet.

Parentem filius, Baro ERICUS FLEMMINGIUS excipit, togatâ virtute, quam sago parens, non minor sed major potius. Eundem in Lehtis natum, certe educatum REGES Svecia meritissimum judicarunt, quem senatoriâ purpurâ condecorarent & Præsidem rei metallicæ per patriam summe præficerent. (c)

Ceterorum filiorum, avis suis atque proavis non indignam progeniem transeò. quos gestis, alia atque alia parte regni, magnis magistratibus perinde inclaruisse schema genealogicum testimonio non insciando suo planum facit. Debemus non inviti illud humanitati archivi antiquitatis Secretarii, nobiliss. viri Dn. JOHANNIS HELINI, cuius in illustrandâ patriæ historiâ gravitatem

## I

omnis

(b) Bœcler. Hist. belli S. Danici pag. 198. seq. Adde CLAUD. FLEMMINGII junioris, viri Senatorii, multæ magis quam longæ vita, descriptionem Svecicam, orationi sacrae, in illius funere, adjectam.

(c) Ante hunc Ericum alias ejusdem nominis Ericus Flemmingius GVSTAVO I. regnante, floruit: in Qvidia prædio, urbi huic vicino, natus & mortuus. Fuit ille regni Senator & Admiralius, qui sibi scismatibus militibus Castellanum illo tempore arcis bujus, una cum classe Danicâ in infidias non simpli ci vice pellexit & demum confecit. quâ de re videri potest E. G. Tegels hister. GLIST. I. passim, & ex illo Loccenius, ceterique.

omnis supercilii expertem, imo facilitatem quoque supeditandi instrumenta tantum non omnia illa, quæ aliis vestigia sua, longo post ordine, legentibus usui esse possint, ætas posthuma neque justo præconio defraudabit. Nostrum cum intersit quam maxime non ignorare avos & proavos & denique posteros, quibus hodie quoque floret illustris prosapia, nominum recensum, qualis ad nos pervenit, formâ & ordine eodem *benevolo Lectori* exhibemus:

*PEDER HERMANSSON FLEMMING.*

I

*HERMAN FLEMMING.*

I

*CLAES FLEMMING.*

*Castellanus Aboënsis arcis: cuius conjux erat Elina Henr. Horn de Canicas, hodie Randas.*

I

*HENRICH FLEMMING de Lehtis*

*Militæ Fennicæ Dux & Consiliarius belli supremus.  
Conjuges habuit 1. Ebbam Erlandi filiam Bååt. 2. Sigridam Kursel*

1. ER. FLEM.	1. CL. FL.	1. HENR. FL.	1. ERL. FL.	2. JAC. FL.
S. R. Präf. Coll.		Gener. Major		Castellanus & Satrapa præ- fecturæ Gestæ burgensis.
metall.				
<i>AXEL FLEMM.</i>				
<i>vice preses collegii reductionis.</i>				

*ERIC FLEMMMING*

*Magister equitum,  
bodienum in vivis superficies.*

*FLEM-*

FLEMMINGIOS & CREUTZIOS & in hisce honoratissimo loco nominandum satrapam & castellanum Aboënssem LAURENTIUM CREUTZIUM L. B. (a) Lehtis sibi vindicat aula; quæ pronepotum hujus, puta LYBECKERORUM baronum proprietati hodie subjacet. Verum enim verò sunt non pauciora illustrium virorum nomina, quos altera in Saaris aula sustulit, eduxit, sustinuit, puta WASABURGIOS comites, LIEVIOS, REBINEROS, ENSCHOELDIOS, ceteros. Eorum verò aliis cum modo temporiam sedem commemorationis & fortunarum concesserit; alii verò incunabula & vitæ civilis primordia inde arcessant, Wirmâæ illustri meæ inferam, an verò alieni soli loci que genio illud, quidquid fuerit opinionis atque præstantiæ concedam, non ego magis certum quid dicendum habeo, quam TACITUS, cum de Fennis in genere addubitaret, Germanis ne an vero Sarmatis eosdem adscriberet (e). Id nobis gratulamur, quod HANSUM HENRIC. LIEVEN comitem, fato nuperime defunctum suo, gremio sinuque suo puerum liberaliter educaverit Saaris aula, suaque ad virtutem institutione juvenilium annorum effecerit, ut ad latum clavum procerum pace belloque illustrissimorum felicibus auspiciis eniti potuerit. Fuerunt illa primæ magnitudinis lumen, quæ hanc regionem exortu suo pridem mirifice illustrarunt. Plures ex illa vasta serie temporum lubens re peterem, nisi adiorum una cum ipsis occidisset memoria

(a) Ebbam Mariam Creutzio nuptam Claudiij Flemmingii de Lehtis Domini Filiam & Henrici neptem fuisse jam ante suspicati sumus & nunc quoque opinamur, donec certiora edoceri poterimus.

(e) TACIT. Germania Cap. 46.

penitus : *aliorum* vero magis perplexa & intricata esset,  
quam ut nostra quantulacunque industria enodari queat.  
Ceteros populares, quos ad illam altitudinem splendo-  
ris civilis, fortuna non provexit, & proinde memoriam  
hominum quam publicis monumentis clariores sunt,  
consulto transimus, & quantum in dandis orbi viris *lite-  
ratis*, iisdemque summo sacerdotio insignibus Wirmåa  
efficere & eniti potuerit, in fine videbimus.

### §. XXVIII.

**R**Egnat in illo ordine D. MAGNUS OL. *QWVASE*, e-  
piscopus Aboënsis, ex nobili & felicis famæ vallo  
*OLAVO TAVAST* in parochia Wirmå & villagio *Ulassjöki*,  
hodie *Tavastila* oriundus. Magister ille *Pragensis* erat  
& peregrinationibus per cultiorem Europam institutis  
celeberrimus. Illius memoriam cum satis evolutam de-  
derit in episcopp. Aboëns. chronico suo *JUSTENIUS*:  
*summam* vero illius auctor *Theseon* ex *Justeno* excer-  
ptarum (a) quam de episcopo sententiam dixerit po-  
sterior, adnectere nostrum erit: *Episcopus*, Thesi VIII.  
inquit, nomine & nomine *MAGNUS* in vinea Domini operari-  
um industrium sese præstítit: prudentia vero, iustitia, munifi-  
centia, vitae mansuetudine, & denique officiis in regem atque  
patriam, in usitato illis temporibus exemplo, antistites sui or-  
dinis & loci omnes antecelluit. Fenni vero inter optimates  
& trium regnorum consiliarios, alterius *Josephi* instar, e-  
minent, imo Upsaliensis ecclesiæ pontificati maximo  
quoque destinato tale elogium cecinere:

*Maunus Tavast Mynämäest MAGNUS TAVAST Wirmåensis*  
*Hys*

---

(a) Nettelbl. biblioth. Sveib. I. pag. 94.

Hyvin syydyn hyväst wäest; Gentis bona spei natus;  
 Tästä Pawi paljo piti, Ut a Papa laudatus:  
 Cuningas cans tätä kytä Sic a Rege redamatus  
 Suomell suurex hywydexi Diu Fennis floruit (b)  
 Pysyti Pispana wanhaxi (i. e.)

Profecto cui non sordent aliena: qvin, neque onerosum fuerit grataanter uti alieni operis munificentia, *huic viro*, cuius non legenda solum sed & palpanda prostant ubique merita, pietatem referendæ gratiæ a civibus & bonis omnibus deberi, nemo negabit. Memini illud *Alexandro M.* elogium alicubi tributum, qvod erga captivas Darii feminas *omnes numeros humanitatis impleverit*, Eundem morum & vitæ modorum tantum non omnium concentum in hoc episcopo qvisque non difficulter inveniet & agnoscat, qui non ipse detrectaverit facere laudanda & perinde laudari ineptum putaverit. Nobis ne quæ scientibus occasio pereat memoriae illius pro modulo illustrandæ, (c) Schema genealogicum una cum funebri titulo, qvalis ante incinerationem an. 1681. in sepulchrali marmore legebatur, ne quæ in posterum perimat vetustas aliquæ, paginæ seqventis loco magis patente prostare voluimus:

OLA-

---

(b) *Synopsis rhythmica Chronol. Fenn.* Laur. Petri Aboënsim & *Præpositum Tammelensi*. autorem agnoscit. vide *Aboam literatam* pag. 27.

(c) *Vitam & merita episcopi hujus encomio justo gratoque prosequutus est alumnus regius & civis idem acad. hujus Laur. L. Alstrin Upsaliensis, cuius in biblioth. Sv. Goth. suâ legendæ orationis spem nobis fecit clariss. NETTELBLADIUS.*

# OLAUS NICOLAI TAVAST

Nobilitas vasallus: cuius liberi & posteri erant:

## MAGNUS OLAI

Episcopus Aboensis, sedie

A:o MCCCC.

## NICOLAUS O. TAVAST.

Episcopus Aboensis, sedie

A:o MCCCC.

## LUCIA TAVAST.

Henr. Claudii Dieni (vid.

Dikmans antiqu. evit. p.

208.) Legiferi Finlandie

borealis, Coniux.

## OLOF TAVAST, e-

CATHARINA Ta-

gues auratus, Ca-

vast, Dni. Gödic-

Sellanus arctie Ta-

ke Finckes con-

ELIN TAVAST, Ni-

colai Oluffoni

Canonicus Aboensis,

Karpelains ae Sär-

kilax (judicis ter-

ritor.) coniux.

vastburgensis, mor-

jux.

eius & sepulchri

bone 1455.

## MAGNUS NICO-

LAL, primum ar-

cbipræpositus & de-

mum Episcopus A-

boensis.

## MAGNUS NICO-

LAL, primum ar-

cbipræpositus & de-

mum Episcopus A-

boensis.

## NICLIS TAVAST.

*Titulum sine minio talem legit & exscripsit ELIAS BRENNERUS O-botn. (d) aliquot ante annos, qvam diga flammæ vis ista templum cathedralē exhauriaret:*

*Anno Domini MCCCCCLII. die IX. mensis Martii obiit reverendus in Christo pater & dominus, Dn. MAGNUS D. G. episcopus Aboënsis. hujus capelle (\*) fundator: qui sedet annis quædraginta. (\*) Corporis CHRISTI scellum intelligit.*

In eadem tabula æneâ (e) marmori (cujus adhuc subsunt fragmina) in modum Nossensis sepulchri, crucis instar instratâ, qvandoqvidem elogium OLAVI episcopi conjunctum voluit pietas majorum, neque nostrum erit disjungere conceptum verbis seqventibus:

*Anno Domini MCDLX. die LXV. mensis Februarii obiit reverendus in Christo pater ac Dominus OLAVUS D. G. episcopus Aboënsis. Orate pro ipsis & ceteris Christi fidelibus, ut requiem habeant cum beatis.*

In illa altera classe, puta civium Wirmænsium li-

te-

---

(d) Antiquitatis archivi adscellorem magna vitæ tranquillitate & pari veneratione paulo ante floruisse omnes novimus. Missus ille fuit a Collegio in Finlandiam ante sesquiculum circiter, ad monumenta vetera quæcumque investiganda & exscribenda. Inter illa numero quinqaginta, qvæ in reditu adscripsit Collegii archivio suo, hunc geminum titulum sepulcralem fuisse, nulli dubitamus. Quidquid sit, nobiliss. Henni novo beneficio una cum ceteris excerptis historiæ Fennicæ in manus præsidis differt. hujus pervenit. Id quod in gratiam palæophilorum meminisse juvabit, ne de genuina origine aliquis in posterum superfite dubitandi locus. Confer vitam El. Brenneri auctore N. H. Daal, paragr. VII.

(e) Chronicon Justeni edit. Nettelbl, p. 78. fin.

terata, Magnum Olai Tavastium MAGNUS NICOLAI Serckila-xensis **excipit**; prioris ex fratre pronepos, quemadmodum ex schemate modo allato non obscurè constat. Equestri & pervetusta apud Fennos CARPELAINORUM satum prosapiâ non destituisse spem patriæ suæ, gentisque, sed ad summum privati hominis fastigium provexisse potius, qui episcopi illo tempore, conditionem cogitaverit, nemo negabit. Erat ille Magister Parisiensis, qui postquam per præposituram Aboensis ecclesiæ ad episcopatum transivisset, gravissimi regiminis sui nomine, puta reformati cleri & vindicatae libertatis ecclesiasticae adversa modo magna sustinuit, modo gratiam quoque apud regni magnates non vulgarem iniit, teste Justeno. Cujus generis libertas fuerit, quam strenue adeo tuitus sit, BOEHMERUS (f) & OERNHIELMIUS (g) conferri possunt. Reformationem vero mores clericorum; eorum puta in inebriando & commissando & venando mollitiem respexit H. SPEGEL (h) & J. C. DIETERICUS (i) in sua quisque gentis historiâ non obscure docent. Consulat, qui e re sua esse putaverit. Nobis, quâ fieri potest brevissimâ via ad finem properandum. Apud Fennos tali eloquio inclaruit: Mestar Maunus Särkilahdest MAGNUS Serckilaxius Suomen hyväst Herras wäest Clavis natus patribus. Väls otet ylimmäisild Cultus a magnatibus; Aina kätet alammaisild Major sed humilibus.

Hunc ordine excipit PETRUS SERCKILAXENSIS, quem

(f) Jurisprud. Eccles. II. dissert. prælimin. §. 24. Et.

(g) Hist. eccles. S. G. III. 14. 30. Et.

(h) Sw. Kyrkiohist. II. pag. 397.

(i) Hist. Aug. Imperatt. Germ. Otto. III. pag. 49. (1)

ex nobili genere cum priore, eodem habuisse ortum su-  
um, non dubitabit, qui reputaverit non usque hodie  
solum ditionis *Carpelainorum* esse predium illud, sed &  
morem eundem equestri loco natis usitatissimum fuisse aeo  
illo, non nisi ex fundis avitis & gentilitiis sese cognos-  
cendi. Vitebergensis erat hic Petrus, qui sub disciplina  
& ductu reverendi patris LUTHERI una cum fratribus NE-  
RICIIS stipendia juvenis meruit: zeloque in Finlandia  
non minus ille, quam in Svethiâ commilitones sui, de  
doctrine Evangelicae ex idolomania pontificia repurgatione rurè  
& in scolis, imo ipsa ecclesia Aboensi quoque fideliter docuit &  
constanter admonuit, qui licet ipse non fuerit episcopus,  
*MICHAELM AGRICOLAM* episcopum tamen & una cum  
ipso, ceteros tantum non omnes, non amplius dominari  
gregi suo, sed ad pietatem doctores antecessoresque es-  
se deberem monuit, Fenni cantico brevi laudes hujus quo-  
que hac forma verborum prosequuti sunt:

Mestar Pietar Särkilahdest MAGISTER PETRUS Särikilax  
 (Hoc' oli tullut Sarast hahdes(k) A Germanis redux factus  
 Dikein opetti Turusa, Fidem Christi tempus, sebolie  
 Kylis Kirlois ja Schouluisa, Prædicavit Abœc.  
 Ettei Paavi palveltaisi Ne quis Papam adoraret,  
 Mutt' ain' JEsus' maistetaisi Sed GOELL cultum daret,  
 Docnic promiskue.

Horum agmen claudit demum ecclesiæ & literatæ Fenningiæ decus, ejusdemque, quæ quæ patet, gloriæ vindex  
(k) Dn. Doctor DANIEL JISLENIUS, qui post exantlatos

K

10

(k) Anno 1521. (l) Dissertationem, quam Vindicias Fen-  
norum inscripsit, dignissimam censuit Clariss. Nettelblad,  
quam recuderet & bibliothecæ Sveo-Goth. parti prime sue  
insereret.

in ærumnoso institutionis gymnasticæ, præcipue vero  
academicæ magisterio, viginti annos, *Borgoënsis* diœcese-  
os cathedralæ, supremo mitra honore, hodie præsidet. Na-  
tus ille in sacerdotali villa *Wirmåensis* Flaminiae: Rauca,  
utque gentis luæ gloriæ, ecclesiæ propagationi & perin-  
de immortalitati famæ suæ diu supersit, Deum, qva par  
est, mente votoqve precamur!

Hujus germani fratres, iidemqve natu majores fuere:  
*ABRAHAMUS JUSLENIUS*, ante invasionem Moschorum pa-  
stor & præpositus in *Somerå*, & *Löjö*: inde ecclsiæ in  
*Murtuna Roslagiæ*, ad finem usqve vitæ suæ antistes erat.  
eruditione, pietate & gravitate muneric apprime com-  
mendabilis. (1)

*HENRICUS JUSLENIUS*, Themidos per provinciam *Inger-  
mannia* sacerdotio eruditio pioqve ante paulo, qvam *Russi*  
regionem invaderent, publicè celebris: & demum

*GABRIEL JUSLENIUS* in academiâ patriâ *Logices* & *Me-  
taphysics* primum & dehinc *Theologia* professor; uhaqve *ec-  
clesiæ Fennicæ* pastor diligentissimus. Erat suæ ætatis senior  
academiæ, in quo eruditionem solidam, moderationem  
& mansuetudinem animi: an vero ærumnarum vitæ hujus  
Christianam patientiam pluris æstimem, certe non inven-  
nio. Obiit vir optimus anno currentis seculi XXIV, e-  
jusqve inferendū sepulchro funus *Rector* academiæ *Magn.*  
ideinqve juris antecessor hodie quoqve consultissimus, *Dn.  
S. SCHULTEN* tali elogio prosequtus est. Vir erat, cui  
non mollis & delicate vita, sed dura & asperrima contigerat.  
Luctabatur per totum curriculum vita sua cum duobus oneri-  
bus *Aetna* gravioribus, paupertate & imbecilla corporis valetu-  
dine

---

(1) Disputat. Synodalem edidit ( vid. Aboam literat. p. 152.)

dine: eaque sic ferebat, ut ejus in vita constantiam admirarentur homines, & anima patientie coronam ab imperatore Deo, post fata insigniri meruerit. Etenim divinus & alacer animus inter millies mille adverstitates, quae cingebant eum, nunquam succumbebat, nec unquam oblitiscebatur cœlestis sue originis, sed illa omnia fluxa & caduca, se eternum fore videbat. Tam honorifico & prope spirante etiamnum præconio ex oculis in memoriam hominum transivit civis integerimus. quæ cetera à laudato VIRO in laudem illius congeta sunt in programmate typis excuso, consulte prætereo.

Ad hanc eruditam societatem Wirmåæ natorum pertinet denique Magister HENRICUS JUSTANDER, scholæ cathedralis magisterio primum, & dehinc Låmpålånsis ecclesiæ præposituræque ministerio quoque hodie venerabilis. (m) Natus ille in curia sacerdotali, viro PROFESSORIO parente, eodemque ecclesiæ & districtus circumiacentis antistite. CUIUS a lepore & convictu Castalidum, (quarum Aboæ vates paullo ante fuerat) festivo ingenio, id a puero debet filius, quod Socratis, aut si dicere maxis: sermonibus sale conditus ad faciendum studiorum morumque progressiones alumnos suæ disciplinæ non difficulter adduxerit: imo parochiales inde etiam ad quietam perpetuationem octennis servitutis Moschoviticæ, leni sub exemplo suo perduxerit.

### §. XXIX.

REstat nunc nihil, nisi ut catalogum pallorum & præpositorum annexam, qui laudis suæ accessione Wiro

K 2

måam

---

(m) Quas dissertationes academicas caiderit, Aboa literata nos docet pag. 150.

måam celebriorem efficere, pro virili suā, quisque, annexi sunt. Ab anno 1260, extitisse Wirmåæ præpositorum jam ante audivimus. Quidam vero sub papatu post NICOLALIM Carhu, primum a plantatione præpositum (vid. pag. 17. not.) sacra illius curaverint, juxta cum ignarissimis nescimus. Post reformationem, à jubilæo ecclesiæ Svecianæ primo, puta 1593. anni, seqventium nomina pastorum ex archivo Confessorii hujus ecclesiastici eruit mecumque communicavit collegio isti ab actis & secretis, Dn. David Deutsch, popularis meus honoratissimus. Fure autem :

Dn. GEORGII OSLOI pastor. & præpositus. Hic subscrpsit concilio Upsaliensi: qvi nepotem ex filia Elisabetha habuit Dn. GEORGII ALANII S. Theolog. doctorem & professi. acad hujus primarium. Vide Aboam literat. p. 60.

Dn. MARTINII circa annum 1627.

Dn. JOHANNES circa annum 1635.

Dn. JOHANNES Venno, circiter anno 1640.

Mag. ERICUS JUSTANDER Aboensis. Professor post instauratam hac regione academiam, Poëses ille primus erat. quo cum munere, decennio integro functus esset, Wirmåensis præpositus atque pastor demum constitutus fuit 1667.

Dn. DANIEL JUSLENIUS circa annum 1680. Juslenianae stirpis prosemulator.

Mag. HAQVINUS Pihlman, cujus in Aboa literata labores academicci & ecclesiastici recensentur.

Mag. LAURENTIIUS SACKLINIIUS O-botniensis. Pastor castrensis in obsidione Rigeni hærens anno 1710. iræ divisa diras, pestem puta, famem atque bellum cum obfessis ceteris,

teris, ad expugnationem urbis usque. constanter pertulit. Inde redux Wirmāensis ecclesiæ pastor & præpositus anno 1711. constitutus fuit. Vir pietatis & eruditio-  
nis laude, ingenii vigore & æqvabilitate vitæ, quam ne-  
que desperata sors vincere potuit, nemini secundus. di-  
gnus propterea, qui tranqvillissimè senescat, suamque ad  
ultimam mortalitatis metam, senectutem provehat. (n)

### S. XXX.

**A**ccuratiorem literatæ Wirmāæ recensum instituere non permittit institutum neque angustiæ meæ. Fateor ab initio propositum fuisse nostrum annexere nonnulla de frugalitate civium, eorum ritibus nuptialibus, præcipue verò funebribus, à qvorum habitudine & cum Gothorum prisca funerandi ratione omnigena dissimi-  
litudine, qvid de gentis utriusqve religione, ejusque di-  
versitate rituum (o) & demum qvid de qvæstione illâ, quam §. 27. tetigimus: *FENNI Sarmatae an vero Germani?* sit tenendum, planum foret atqve proclive vide-  
re. Verum cum habeat prisca historia, ejusque indaga-  
tio memorabilium illud cum metallifodinis peculiare, ut non nisi tentatis ex intervallo progressionibus ean-  
dem quis ad umbelicum perducere queat; qvod non  
nosmet uno spiritu emitiri potuimus stadium, alias cui

expe-

(n) Dissertationem Academicam habuit de dignitate sa-  
cerdotali in V. Testam. Synodalem vero 1725. de peccato  
originati.

(o) Sepulchris inesse religionem, & manum jura ad e-  
andem pertinere gentiles arbitrabantur. Qvo titulo vero spe-  
liendi ritus inter religiosa hodienum referat ecclesia, juris  
ecclesiastici scriptores conferri merentur.

expediendæ pietatis illius latam magis exploratamque viam fata monstraverint, alio tempore non difficulter absolvet. Nobis hæc vice satis erit exigui districtus & unius prope viciniæ monumenta FENNICA, non publicæ execrationis sed pietatis atque gloriæ, ab interitu vindicasse.

## SOLI DEO GLORIA.

---

### CONSPECTUS DISSERTATIONIS.


CAP. I. § 1 Proœmio *absolvitur*. §. 2 De vocabulis, quibus inscribitur dissertatione, differit. §. 3. Agit de situ regionis & plagæ hujus. §. 4. in natales Territorij inqvirit.

CAP. II. §. 1. De *VIRMAA* in specie, & tempore, quo primum inhabitari cœperit. §. 2. Flumina, que flaminiam ambiunt, cum suis cataractis & moletrinis describit. §. 3. Piscationum rationem habet. §. 4. De Agricultura agit. §. 5. Campi *Pitkänläkia* amanitatem, & que in illo humani cultus vestigia deprehendantur, commemorat. §. 6. Templi primarii descriptionem incipit. §. 7. In illius fundationis tempora inqvirit. §. 8. De sanctuario seu Choro templi. §. 9. Monumenti, sive sepulchri *FLEMMINGIANI* delineationem continet. §. 10. Vitam & merita magnifici *VIRI* illius percenset. §. 11. Suggestum. §. 12. Sacra vata templi, §. 13. Sacrarium ejusque recentioris & veteris avi anathemata profert. §. 14. Campanarum, cum suo campanisterio etatem & cetera prodit. §. 15. Sacelli Mietois etatem, ejusque una cum externa forma, fundatorem suo cum elogio, monstrat. §. 16. Internam demum quoque fornacem representat. §. 17. Sacelli *Hietamäki*. §. 18. Sacelli *Carijala* fata & nominis etymologiam tradit. §. 19. Conditionem *Gaaris* aula enarrat, & in

¶ in nominis originationem inqvirit. § 20. De Lehtis eques-  
tri pratio agit. § 21. Fata WIRMANÆ, durante bello,  
sub GALLIZINIO Moschorum duce, qualia fuere, exponit. §.  
22. Montes, castella & moles ævi prisci ceteras, qvas su-  
peresse voluit vetustas, recenset. § 23. De fonte Tursenpårdæ  
ensi & ceterorum fontium esurientium ( Hungerkiållor ) inaole  
& effectis differit. § 24. & 25. Humani instituti memora-  
bilia cetera excutit: in primis commerciorum & opificiorum  
mentionem facit. § 26. Manufacturarum cultum describit.  
§ 27. Wirmåæ illustris. § 28. & eruditæ recensum institu-  
it. § 29. Pastorum ecclesie catalogum subnecit, & demum  
tractationi finem imponit.

### CORRIGENDA.

PAG. 5. lin. 21. lege infestare. Pag. 21. lin. 2. lege Carhula.  
Pag. 17. lin. 3. pro aut lege ut. Pag. 32. in notis lin. pen-  
ult. lege: paralip. Pag. 40. lin 24. lege elysios. Pag 51.  
linea 6. pro Hala lege Haca. Pag. 51. lin. 6. lege con-  
stituerentur. Pag. 63. lin. 6. ad sign. (a) adde in notis: O-  
laus Magnus Hist. septentr. Lib. X. cap. 3. Pag. 72. lin. 2.  
pro succedit lege, si vis: subseqvitur.



Amice & popularis integerrime,  
**C**um natale solum pulchre describit & ornas,  
Rem Te condignam, Sympatriota, facio.  
Progressus monstras praelato nomine dignas,  
Quos satis in praesens pagina docta probat.  
Gratulor hisce, Tibi benedicat Numen ab alto!  
Sic facile ex voto, catena cuncta cadere.

Gratulabundus hoc adscriptus  
**ANDREAS MONSEEN**, Filius.  
Eidem.

**U**r homines ceteri famam & recordationem sui ab oblivionis & mortalitatis rabe liberaturi, corporum suorum effigies erigendas, vel saltem depingendas curant, que molestiarum & vicecum suarum memoriam refriente & posteris prodant: ita strenui literarum cultores solent animorum & lucubrationum suarum simulachra, per publica specimina atque scripta, posteritati quoque tradere atque relinquere. Inter illos, qui penes se constitueri literario specimine declarare, quam in Musarum casis impigre versari sint, praesens dissertatio Temet, Amice dilectissime, non ultimo loco collocatum voluit: quippe quam incredibili diligentia neque minore ingenii dexteritate in orbis lumen, quam meruere, reponit gentis Tua meaque memorabilia vetera atque praesentia. Quantum vero gaudii ex illa succrescente in dies eruditione ac industria Tua, latitiae, ceperim, verbis exprimere nequeo: in primis vero quod, contractis domi rebus, animum bonis moribus devotum non demiseris, aut peres Te conserabi ullo modo siveris, sed adversus fortunae tempestates operi nunquam non alacrior insisteris. Numen celeste in ejusmodi aliisque egregiis incepitis Te feliciter perseverare faciat: ut aliis super auctis experimentis industria Tua conspicua evadat, verticemque dum, quas in hoc studio studioque suaentes mereri svererunt, lambant hederæ leqvaces!

**JACOB. LEISTENIUS**, Filius:  
Boreæ Fennio.